
lando agilitatem, & concinnum membrorum motũ, quæ ex saltatione in usum conuersa peculiariter possidebat. Versiculi Homeri ad hunc loquuntur modum:

Te citò Merione, quamuis saltare peritum,
Straussem in dura confossa sum cuspide pugna.

Tametsi eundem non straueram. ut enim in saltãdo semet magno studio exercuerat, sic facilè, ut opinor, effugiebat iacula in eum conta torta atq; emissa. Iam quam quam & alios complures ex heroibus enumerare possim eo ipso saltandi studio diligẽtissimè exercitatos, quiq; ex hac ipsa re artem fecerint: sufficere tamen suspicor uno à me producto Neoptolemo [m] Achillis filio, qui usq; adeò hoc præcelluit artificio, ut cum speciem quoque saltandi pulcherrimam sibi adiecisset, Pyrrhichy nomen ab illo acceperit. Achilles quoq; ipse bis de filio suo inauditis, maiori gaudio suffusus est, ut ego existimo, quàm propter eius formæ præstantiam, & membrorum robur insuperabile. At-

τὸν Ἴλιον, τέως ἀνάλωτον ὄν-
τα, ἐ ἐκάτε ὀρχησικὴ λαβὼ-
σα, καὶ ἀεὶ ἐλαφρῶ διαφέρο-
μένη. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄρι-
στοι Ἑλλήνων ἅπαν δοκοῦντες,
παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστο-
ρος διαφανίσαι μαθόντες
(ἐχρῶντο γὰρ καὶ τοῦτο ἄλσος,
ἐν Καρύαις ἡ Λακωνικῆς δὲ
Δακεδαίμονι) ἅπαντα μετὰ
Μουσῶν ποιοῦσιν, ἔχει τ' ἐυρυ-
θμίαν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν,
καὶ σύντονον ἐμβῆναι τ' ἐπὶ
δόρ. καὶ τὸ πρῶτον συνάπτειν
Λακεδαιμονίοις πρὸς τὸν μά-
χιμον ἀνδρίζοντι, τοιγα-
ροῦν καὶ ὑπράτεων ἁπάντων,
μουσικῆς αὐτοῖς καὶ ἐυρυθ-
μίας ἐγκειμένης, ἰδίοις δ' αὖ καὶ
τοῖς ὑφήβοις αὐτῶν ἐ μᾶλλον ὀρ-
χεῖσθαι, ἐ ὑπλομαχεῖν μανθά-
νουσιν. ἐταν γὰρ ἀπρεπεμάτω-
μέθοι, καὶ παίσασθαι ἀλλή-
λοις, καὶ παυδύσασθαι ἐν τῷ μέσῳ
παύονται, ἐς ἔριν αὖ-
τοῖς ἐ ἀγωνίαν τιθέντες. καὶ αὖ-
λητὴς

qui interea semper Ilion fuit inexpugnabile, donec illum saltatione captum conciderent, & direptum solo æquarctur. Lacedæmonij quoq; qui Græcorum præstantissimi esse censebantur, cum à Castore & Polluce Caryatissare perdidicissent, quæ saltationis species à Caryis urbe Laconiæ ducta erat, omnia cum carminibus facere soliti sunt, adeò ut ad tibiarum quoq; modulos & rhythmum, & moderatum pedis ingressum, prælũ cõmittere illi genti mortis fuerit. Ac primùm quidem conserendarum manuum signũ Lacedæmonijs tibia dari solitum est: proinde de omnibus quoq; reportant victoriam, musica & modulorũ concinnitate illos ducente. Videres itaq; & illorũ ephebos nihilo minore cura saltationi, quàm armis exercendis dare operam. Vbi enim iam summis colluctati sunt digitis, ac mutuis ictibus semet ceciderunt, quiescunt paruper, & omne illorum certamen in saltationem solutum

λητὸις μὲν ἐν τῷ μέσῳ λάθη-
ται, ἐπαυλῶν, καὶ λατυπῶν τῷ
ποδὶ. οἱ δὲ κατὰ στοῖχον ἀλλή
λοις ἐπόμενοι, σχήματα παύ
τοῖα ἐπιδείκνυνται, πρὸς μὲν
μὴν ἐμβαίνοντες, ὅτι μὲν πο
λεμικὰ, καὶ μετ' ὀλίγων ἢ φυ
γάδιμα, ἃ Διονύσῳ καὶ Αφρο
δίτῃ φίλα, παιγμονῶ καὶ τὸ
ᾄσμα, ὃ μίγνυσθαι ἀρχόμενοι ᾄ-
δουσιν, Αφροδίτης ἐπίκλησ
σίς ἐστι, καὶ Ερώτων, ὡς συγ-
παιζόντων αὐτοῖς, καὶ συνερ-
χόντων. καὶ βάτιρον ἢ τῶν ᾀσ-
μάτων (ἄλλο γὰρ ἄλλοτε) διδα
σκαλίαν ἔχει, ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι·
πόρρω γάρ, φασὶν, ὦ παῖδες
πόλεμος μίγδαδε, καὶ λωμάσα
τι βέλτιον. τετράφθαι, ἄμεινον
ὀρχήσασθαι, ὁμοίως ἢ καὶ οἱ τὴν
ὅρμον διαλύμενον ὀρχούμενοι
ποιοῦσιν. ὁ δὲ ὅρμος, ὄρχησίς
ἐστι κοινὴ ἡφήβων τε καὶ παρ-
θένων, παρ' ἴσας χορευόντων, ἢ
ὡς ἀλλήλοις ὅρμον ἐμπάντων, ἢ
ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰς παρ-
θένους

lutum conuertitur. Quorum in medio tibicen locatus est, tibiam incinens, ac pedibus instrepens. Caterùm illi per ordinem alter alterũ sequentes, omnigenas figuras corporis agilitate exprimũt ad rhythmum ingredientes, alias quidẽ bellicas, alias uerò saltatorias, quæ Baccho & Veneri gratæ sunt. Quin etiam cantus quem inter saltandum modulantur, Veneris & Cupidinum cognomẽto nobilitatus est, quasi unà cum Venere & Cupidinibus communi choreæ saltationi indulgerent. Et altera quidem cãtilena (duæ enim canuntur) rationem quoque & præcepta saltandi in se complectitur. Procul, aiunt, ô pueri, promouete pedem, & saltate perfectius. Non disparia faciunt quibus Hormum saltare curæ est. Hormus autem genus saltationis est adolescentibus uirginibusq; cõmune, alternatim ad choream dispositis, ut planè hormũ, hoc est segmentũ referant. Solet autem adolescens chorum ducere, more iuuenilis salo

νικὰ ὀρχήσεως, καὶ ὅστις ὕ-
στερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. ἐ
παθόν δὲ ἐκεῖνα λοιμίαι,
τὸ ἦθος χρηστὸν διδάσκου
σα, ὡς ἔστιν τὸν ἄρρενα ἐν σω-
φροσύνῃ καὶ ἀνδρείαι πολε-
μήσειν. καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι
δ', αἷς τὸν ἐμοὶ ἐρχηστὰς ὄρχη-
σιν ὁ Ὅμηρος Ἀριάδνης, ἐν τῇ ἀσπίδι γεγράφασι,
καὶ τὸ
χορῷ, ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἐπε-
ποίησε, ὡς αὐτογνωσίᾳ σοι παρ
ἐάσω· καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δ' τοὺς
δύο, οἳ ἐκεῖ ἐν παιδιᾷ διαγωνι-
ζόμενοι πάλιν, ἀγωνιῶντες ἐς χει-
ρᾶς. καὶ πάλιν, ἃ ἐν τῇ ἀσπίδι
λέγει, κύριοι δ' ὀρχηστῆρος ἐ-
κάστου, ἵνα τι μᾶλλον τοῦτο
τὸ Ἡφαίστου ἐκπαγλώσωσι καὶ τὴν
ἀσπίδα. τὸν μὲν γὰρ φαίακα
καὶ πάνυ ἁπλῶς ἐν ἀρχήσει
χαίροντα, ἁβρύνεται ποιῶντα, καὶ
ἐν πάσῃ εὐθαιμονίᾳ διατρί-
βοντα· ἐγὼν Ὅμηρον τοῦτο
αὐτῶν μάλιστα θαυμάζοντα κα
τοῦτο τὸν Ὀδυσσέα, καὶ τὰς
μυρ-

tans, quo postea in adoriendis hostibus usurum sit. Sequebatur hunc puella modestia quadam conspicua, quae fœmineum saltum decenter ad modũ peragebat: ut hormũ ex temperantia & fortitudine compositum rectè dicere possimus. Cæterùm quæ PHomerus super Ariadne in clypeo memoriæ prodidit, deíq; choro quem illi Dædalus instituerat, ea, ut iam olim tibi lecta, præteribo silentio. Præterea duos illos saltatores, quos eodem in loco Poeta cybesteterus uocat, chorum ducentes. Rursus quæ in clypeo memorat, In medioq; duos iuuenes agitare chorea. Cernere erat, tanquam rem omnium pulcherrimam, saltationem Vulcanum clypeo addidisset. Etenim Phæacum saltatione, ut par erat, uehementer fuisse oblectatos, mirum uideri nõ debet, cum tantis affluerent delicijs, ac in omni rerum abundantia & fortunæ indulgentia uiuerent. Quare Homerus Vlyssem ex omnibus

μεμαφυγὼς τ πολῖν διώμυ
νον, ἐν μιᾷ γε Θετταλίᾳ τοσᾶ
τον ἐπίδοσιν ἐρχησιμᾶς ἐ ἄσ
σησις, ὥστε ἤδε προσάψαι, μὴ
προαγωνιστὰς αὐτῶν, προσ-
χορηγοὺς ἐπάλεω. καὶ δηλοῖ-
σι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων
ἐπιγραφαὶ, ἃς τοῖς ἀρχησάμε
σιν ἀφίσασιν· χορίκους γάρ,
φασι, προσηγορεῦσαι ἡ πόλις.
καὶ αὖθις, Εὐλατίωνι τὰς οἰκί
ας ἡ δῆμος, ἐν ἐρχησαμένῳ
τῶν μάχαν, ἐν λέγει, ὅτι τοῖς
τῶν ἀρχαίων ἀνδρείων ἔθεν
ἐνρῶν, ἅσσα ὀρχήσαντο, Ὀρφέως
δηλαδὴ καὶ Μουσαίου, καὶ τῶν
τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν, διαπε-
πονημένων αὐτὰς, ὡς τι μάλι
στα καὶ τοῦτο τοιμβιτικόν
των, σὺν ῥυθμῷ καὶ ὀρχήσει
μνῆσθαι. ἔτι δ' ἄντα ἴχνη, τὰ
μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν
ἀμυήτων ἕνεκα. ἑκᾶνο δ' οὐ πάν
τες ἀκούσιν, ὅτι τὸς ὀργιο-
φάντας

nib. quæ uiſenda apud Phæa
cas conſpexerat, hoc cũ pri-
mis admirantem teſtatur, a-
gilesq; pedum motiones ſpe-
ctantem. Iam in Theſſalia
eò usq; progreſſum eſt ſalta-
tionis exercitium, ut populi
præſides, & anteſignanos
illorũ, præſaltatores uocare
non dubitarint. Cui rei etiã
num ſtatuarũ inſcriptiones
& tituli ſuo ſuffragãtur te-
ſtimonio, quas ijs qui in bello
optimam nauaſſent operam
erexerunt. Prætulit, inquit,
præſaltatorem ciuitas. Et i-
terum, Bilationi poſuit hanc
imaginem populus, propte-
rea quòd pugnam probè da
ſaltarit. Mitto q illud, apud
ueteres nullas unquam fuiſſe
celebratas feſtiuitates aut ce
remonias citra ſaltationem:
quippe quas ab Orpheo &
Muſæo, optimis tunc ſaltato
ribus, conſtitutas fuiſſe ſatis certè conſtat, qui & hoc, ut
cætera omnia, ut honeſtiſſimum quiddam legibus ſanxiſſe uidentur, initiari cum rythmo & ſaltatione. Quòd
autem hoc ita ſe habeat, reticenda erant orgia, propter
prophanos nondum initiatos. Illud autem omnes au-

ρούντας τὰ μυστήρια, ὀρχεῖ σθαι λέγουσιν οἱ πολλοί. ἐν Δήλῳ δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι αὐτὸν ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταῦ τῇ, καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. παίδων χοροὶ συνεκρότουν ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόμενοι, ὑπῆρχοντο δὲ οἱ ἄριστοι προκεκριμένοι ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ἄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο, καὶ ἐμπίπλατο τῶν τοιούτων ἡ λύρα. καὶ τί σοι τὰς Ἑλλήνων λέγω, ἔτι καὶ Ἰνδοὶ, ἐπειδὰν ἅμα ἕῳ ἀναστῶσι τάχιστα, προσεύχονται τῷ ἡλίῳ, ὡς ἔθος ἡμῖν, τὴν χεῖρα λύσαντες, ἡγέμονα ἐπιλαβόμενοι ἡμῶν ἄνακα τὸν ὄρχιλον; ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὸν ἀνατολὰν πάντες, ὀρχήσει τε ἅμα καὶ σιωπῇ σχηματιζόμενοι ἑαυτῶν σεμνῇ, μιμούμενοι τὸν χορὸν τοῦ θεοῦ. καὶ τοῦτ' ἔστιν ἐκείνων εὐχὴ, καὶ χορὸς, καὶ θυσία. διὸ καὶ τοῦ-

τοις

diunt, quòd ij qui linguæ uitio atq; incõtinentia mysteria prodidissent, plericq; eos desaltasse dictitarent. Porrò autẽ in Delo nulla sacra peragebantur, quibus saltatio non fuisset adhibita, sed & cum illa & cum musica cũcta persoluebantur. Ingressi uerò puerorum chori, tibia & cithara præcinentibus saltabant: quos subsecuti optimi, facto delectu choreis excipiebant. Itaq; & cantilenas illiusmodi choreis conscriptas hyporchemata nominare consueuerunt, taelibusq; lyra impleta fuerat. Quid uerò Græcorum gentes tibi commemorem, cum Indi quoq; posteaquam mane è strato surrexerint, Solem precibus uenerati fuerint, nõ quemadmodum nos deosculata manu perfectã precationẽ esse arbitramur: uerùm illi ad Orientem conuersi, saltatione Solem consalutant, sed cum silentio seipsos conformantes, dei choream imitari atq; effingere conantur? Et hæc Indorum est precatio, & chori, et sacrificium. Duabus uerò uicibus

σιν ἱλεοῦνται τὸν θεὸν ἠ ἀφ-
χομένοις καὶ ἀνυμένοις τ' ἐ-
μέρας. Αἰθίοψ δέ γε, καὶ τὸ
λιμοῦσθαι, πρὶν ἀρχήσει αὐτὸ
δρᾶσαι. καὶ ἐκ αὖ ἀφίης τὸ βέ-
λος Αἰθίοψ αὐτός, ἀφελὼν δὲ
διφρελῆς (ταύτῃ γὰ αὐτὶ φα-
ρέτρας χρῶνται, περιτιθέντες
αὐτῷ ἀκτινηδὸν τὰ βέλη) ἢ
μὴ πρόσθεν ὀρχήσαιτο, καὶ
τῷ σχήματι ἀπαλλάξειεν, καὶ
προμεθείη τῇ ὀρχήσει τὸν
πολέμιον ἄξιον δὴ, ἐπὶ τῶν
Ἰνδικῶν, καὶ τῶν Αἰθιοπίων
διεξελαυνόντων, καὶ ἐς τὸν
γείτονα κύτων Αἴγυπτον ἐκ-
ταθῆναι τῷ λόγῳ. ἐπεὶ γάρ-
μοι δοκοῦσι μῦθόν καὶ τὸν Πρω
τέα τὸν Αἰγύπτιον, ἐκ ἄλλό
τι ἢ ὀρχηστὴν τινα γεγενῆσθαι λέ
γειν, μιμητικὸν ἄνδρωπον,
καὶ πρὸς πάντα σχηματίσα-
σθαι καὶ μεταβάλλεσθαι δυνά-
μενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότη-
τα μιμεῖσθαι, καὶ πυρὸς ὀξύ-
τητα ἐν τῇ διαῤῥύσει σφο-
δρότητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα,
καὶ

cibus ad hūc modum Deum placare solēt, nempe mane & uesperi. Atenim Aethiopes non alia quàm saltandi ratione illatis iam signis bellum ingrediuntur, nec quisquam Aethiopum uel sagittā excussam emitteret anulsam à capite (hoc enim uice pharetræ uluntur, radiorū instar tela capiti circumponentes) nisi prius saltauerit, & saltatione hosti terrorē incusserit. Cōsentaneum uerò esse opinor, posteaquam totam Indiam et Aethiopiā peragrauimus, ut in uicinā Aegyptum oratione diuertamus. Etenim uetus illa fabula, Proteum Aegyptium nihil aliud quàm saltatorem fuisse eximium, mihi planè confirmare uidetur, hominē effingendi imitandiq; peritum, quiq; semet in uarias rerū facies demutare & trāsformare potuerit, ut modò in aquas tenues dilapsus abiret imitando, modò ignis celeritatem & uehementiam agilitate corporis, mox leonis immanitatem, ac parda-

καὶ παραλλάξεως ῥυμὸν, καὶ ἄνδρα ἀδύνατα, καὶ ἵππον, ἢ, εἴ τι καὶ εὐλύτερον. ἐπὶ δὲ μύθῳ, παραλαβὼν πρὸς τὸ παράδοξον τῆς φύσεως αὐτῆς, διηγήσαιτο, ὡς γεγονυῖα τοῦτο, ἅπερ ἐμιμεῖτο, ἴσως δὲ καὶ τοῖς νεῶν ἐρχησταῖς πρόσεστιν, ἴδοις τ' ἂν οἶμαι αὐτὸν πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ἑκάστοις διαλλαττόμενόν, καὶ αὐτὸν μεταμορφοῦντα τὸν Πρωτέα. ἀνάγκη δ' ἴσως καὶ τῶν Ἐμπουσῶν, τῶν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένων, τοιούτων τινὰ αὐθρωπον εἶναι τὸ μύθου παράδειγμα. ἐοίκασι δὲ καὶ Ῥωμαίων ἐρχήσεως ἀμυήμονες εἶναι, οὐ εἰ διαφεύξεται αὐτῶν, τὴν πολυμηχανόβιον τῶν βίων Ἄρεα, οἱ Σάλιοι λεγόμενοι (ἱερωσύνης δὲ τοῦτο ὄνομα) ἐρχούμενοι σεμνοτάτην καὶ ἱερωτάτην. Βιβυϊκὴ δὲ μῦθος

lis impetum, deinde arboris motum flexibilem: postremò in summa quicquid colli buisset, exprimeret. Cæterùm fabula eas Protei proprietates ad inusitatiorẽ opinionem detorquens, eam eius naturam fuisse commenta est, quasi ea ipsa quoq; fieret, quæ cunq; saltandi artificio imitaretur. Qua facultate & eos qui hodie saltationibus nauant operã, præditos esse animadertimus, ui deaq; illos eodem tempore diuersissimis modis immutari, ac planè ipsum Protei esse æmulos. Et si quid coniectura assequendum est, & Empusam suspicor (quæ & ipsa in uarias rerum facies semet transfundere dicta est) non aliam quàm saltatricem fuisse, fabularum inuolucro significare uoluisse homines. Ad hæc iustum esse opinor, ne Romanorum quidem saltationem præterire tacitam, quam nobilissimi quique illorum, quos uocant Salios (est autem nomen sacerdotij) Marti Deo bellicosissimo saltant grauissimè, & religiosissimè. Neque uerò Bibynica fabu-

la com-

μῦθον καὶ οὗτος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν Ἰταλικῶν ἀλλότριος. εἰ τὸν Πρίαπον, δαίμονα πολεμικὸν, τῶν Τιτάνων εἶναί φασιν, ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, ἔργον ἐπιτήδειον, τὸ νέον πρὸς πολέμους παιδίον, παραλαβοῦσα παρὰ τῆς Ἥρας τῆς Ἄρεως, παῖδα ἔτι, σκληρὸν δὲ, καὶ τέρας δὲ μᾶλλον ἀνδρικὸν, καὶ πρέπον ἐπλοποιὸν διδάξασα, πρὶν τέλειον ἐργαστὴν ἀπεργάσασθαι. καὶ οὕτω τέτοιος καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δεκάτῳ ἀεὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ προσιγγιζομένων τῷ Ἄρει, παρ' αὐτῆς λαμβάνειν. τὰ μὲν γὰρ Διονυσιακὰ καὶ Βακχικὰ εἶμαί σε μὴ προσμένειν ἐμοῦ ἀκούσαι, εἰ ἔτι ἔρχεις ἐπὶ πλέον τι ἐν. βραχὺ γοῦν ἐστὶν τῶν γνωσιμωτάτων ἐρχήσεων, ὑπορχηματικὴ, καὶ σικιννὶς, καὶ ἐμμέλειαι, αἱ Διονύσου διήκουν τοῦ ἐν Σατύροις, τυχόντες ἑαυτοῖς ἑκάστῳ ὀνόματος, καὶ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώ-

Le commentum ab Italorum instituto abhorret admodũ, perhibẽtium x Priapũ deũ bellicosum, unũ (ut opinor) ex Titanibus, aut Idæis Dactylis, illud opus factum, rebus militaribus instituẽdum fuisse, quem Mars à Iunone offerente acceptum adhuc puerum, durum porrò, & rudem, & supra modum virilem, non prius armorũ peritum reddidit, quàm perfectum eũdem saltatorem effecisset. Quamobrẽ & merces illi à Iunone destinata est, ut ab illo semper decimã partem spoliorũ in bello partorum reciperet. Vt autem Dionysiaca & Bacchica tibi expediam, opinor te non expectaturũ ut audias, cuius tota actio nihil aliud quàm saltationem complectitur. Cum y itaq; tria sint celeberrimarum saltationum genera, Cordacis & Sicinnidis & Emmeliæ, Bacchi ministri Satyri bis à se ipsis inuentis, de se cuique nomen indiderunt: & hac saltandi arte

χε ὐμῆς & ὁ Διόννσος, Τυρ-
ῥηνὸς καὶ Ἰνδὸς καὶ Λυδὸς
ἐχειρώσατο, καὶ φίλον ὅτι μά-
χιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις ἐκ-
τησχήσατο· ὅτι ὦ θαυμάσιε,
ἆρα μὴ ἀσέβειόν ἐστ, ἐκκαλεῖν
ἐπιτελοῦμα & δεῖν τὸ ἄθυρ-
μα καὶ μυστικὸν, ᾧ τοιούτοις θεοῖς
ἐσπουδασμένον, καὶ ὑπὲρ τιμῆς
αὐτῶν ἀρχαῖον, καὶ τοσοῦ-
τῳ τρόφιμον ἄθυρμα καὶ παιδικὸν
ὠφέλιμον παρεχόμενον, θαυμά
ζω δέ σε λέγοντα, ἐπαίνων ὁμή-
ρου καὶ Ἡσιόδου μάλιστα ἄρατον
ἐντα· (κἀγὼ γὰρ ὑπὲρ τῶν ποι
ητῶν ἐπαινῶ) πῶς αὐτι-
φιλοτιμεῖσθαι ἐκείνοις τολμᾷς,
περὶ τῶν ποιητῶν ἐρωτῶν ἐ-
παινῶν· ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, τὰ
ἄλλα καὶ λίαν τὰ κατὰλό-
γου, ὕπνου καὶ φιλήτυλα καὶ
μαλθακὰ καὶ ἐρωτικὰ, μόνῳ τῷ
τῶν ἀνθρώπων ὀνήματι, πρὸς
μυρτυρόμενα τὸν Δία, καὶ τὸ ἐρ
ὰν τῇ μαλπῇ, ἅπερ ἀμφι-
πρόκ

arte utẽs Bacchus, Tyrrhenos & Indos & Lydos deuictos subiugauit, ac gentes adeò bellicosas ipsis saltem thyrsis desaltauit. Quocirca, ô admirande, uide ne parũ pium aut religiosum sit, in crimẽ uocare exercitium adeò diuinum et mysticum, & cui colendo tãti Dij nauarint operam, quodq; in illorum bonorem et cultũ tot ies peragitur, insuper quod tantum oblectamentum simul atq; institutionem adeò utilem exhibere solet. Illud ego ᶻ demiror, non ignorans Homeri atq; Hesiodi te amatorem esse maximum (iterũ enim ad poetas me conferã) qua fronte illis contradicere audeas, præ omnibus saltationem summè laudantibus. Siquidem Homerus cum res mortalium longè iucũdissimas iuxtà ac elegantissimas uno quasi fasce coniunctim efferret, nempe somnum, amorem, cantum, atq; saltationem: hanc A tamen solam præclaro nobilitauit encomio, inculpata eadem nomina, ascribens per Iouem cantui dulcedinem, quæ utraque

νῦν τῇ ἐρχήσει πρόσεστι, καὶ φιλὴ γλυκυφωνία, καὶ ἐρχησμὸς ἁρμόττων, ὃν οὐ τῶν μιμῳδῶν ἐπιτηδεῖος. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως, Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε βίην πολεμήϊα ἔργα, Ἄλλῳ δ' ἐρχηστύν τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν. Ἐμφρόνως γὰρ οὐκ ἀλλοβῶς ὁ μετ' ἐρχήσεως φιλῶν, καὶ λόγου βίαν τῆς ὠδῆς λύειν. καὶ ἑξῆς οὐ δύο μόνα πάντα πρᾶγματα, πόλεμον καὶ εἰρήνην, τοῖς ἅπασι νενόμικεν ἀλλὰ καὶ τρίτον τούτοις ἐπιτεθεικέναι, τὴν Ησιόδου, ὃς παρ' ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ ἅμα τῇ ἕῳ τὰς Μούσας, ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγᾶται, ὅτι περὶ ἑορτὴν ἡσυχίαν πᾶσαν ἀπαλοῖσιν ἐρχεῦνται, τῇ παρὰ τὴν βωμὸν περιχορεύουσα· ἀλλὰ σὺ μοι ὦ γεν-

que saltandi artificio adesse uidemus, & dulces modulos, & saltationem inculpatam, quam uituperare cogitas. Rursus alia in parte suæ Poeseos ita inquit

Iuppiter hũc belli reddit uirtute potentem,
At leuibus membris aliũ saltare peritum:
Est quem dulcisona sustollit uoce canendi.

Suauis profectò est uocum modulatio, quæ saltationi adiuncta est, ac munus quod à dijs immortalibus præstari potuit lõgè pulcherrimũ. Ac mihi apparet Homerus omnes res mortalium in duo tantum diuisisse, nempe in bellum & pacem: cæterùm rebus bellicis tãtùm hæc tãquam præstantissima studia pacis opposuisse. At Bueròd Hesiodus, qui non ab alio percensente hoc auditu percepit, sed ipse statim sub auroræ exortum Musas saltantes uiderit, in carminis sui initio de illis hoc summum & elegantissimum referre non est ueritus encomium, nimirum eas circa fontem floridum mollibus saltare pedibus, iuxta patris aram agentes tripudium. At tu, ó generose,

ναι, μισυσχὶ διαμαχῶν, ὑβρίσ-
ζειν εἰς τὴν ὀρχησιν. ὁ Σω-
κράτης δὲ, σοφώτα]ος ἀνὴρ
(εἰ γε πιστεύομεν τῷ πυθίῳ) ἀ μόνον
ἐπῄνει τὴν ὀρχησιν, ἀλλὰ
καὶ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἐξίει, μέ-
γιστον νόμιζων εὐρυθμίας καὶ εὐ-
σχημοσύνης ἐπιμέλειαν, καὶ
εὐχαριστίας ἐπιμέλειαν· καὶ
ὅτι ἐλάττονα πόνον ἀνὴρ, ἐν τοῖς
σκληροτέροις μαθήμασιν
καὶ τοῦτο ἐγγύμνος ἀνα. καὶ
ἅμιλλαν γε ἐκεῖνος πρὸς ὄρχησι
τὴν ἐκ μειρακίου ἀσκήσασθαι,
ὃς γε καὶ τὰ μικρὰ ἐν ὄκνῳ
μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ
διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων
ἐρᾶται, καὶ παρ' ἑταίρας γυνα-
κὸς ἐν ἀκμῇ σκληρᾶς τι
ἐκείνου, ἢ λεπτοῖς. διὰ τοῦ
ἐκεῖνος ὀρχεῖσθαι ἐκέ-
λευε τὴν πόλιν, καὶ ὀλίγου δεῖ
τοσούτου διαφερόντως
νῦν ἢ τὸ πάλαι ἐπὶ μείζονα
προαγαγόντας αὐτὴν ἐκεῖνον,
ὧν

rose, tantùm non cum Dijs ipsis pugnans, saltationem conjcindis contumelioſis cõuicijs. Cæterùm C ipse Socrates, uir omnium sapientiſſimus, ſi Pythio hoc illum teſtimonio coboneſtãri fides habenda eſt, non tantum ſaltationem laudibus exſulit, ſed illam quoq; diſcere non erubuit aut grauatim eſt. plurimum tribuens uenuſtæ concinnitati & elegantiæ, tum apto motui, neq; nõ mouẽtis afformationi. Nec uerum eſt iam natu grandior ſaltationem inter ſeria habere diſciplinas: uidebaturq; non parum huic rei perdiſcendæ impenſurus operæ, quem leuiora ac uiliora perdiſcere non piguit: ſed tibicinarum quoq; ſcholis frequẽtare ſolebat, neq; à meretrice muliere Aſpaſia D quiddam audire dedignatus eſt. Atqui ille artem non ita pridem nata tam uidit, necdum tanta elegantia & pulchritudinis acceſſione auctam & elatam. Qui ſi nunc eos quorum opera in ſummum uſque faſtigium euecta eſt, ſpectaret,

ſal

ὦ ἑταῖρε, πάσην ἀφ' ἑαυτοῦ γε ἀφίημι τὴν ὀρχηστικήν, μόνῳ τῷ θεάματι τούτῳ τὸν νοῦν ἀφ' ἑαυτοῦ προσέξειν, οὐδὲ τοὺς παῖδας οὕτω ἀφ' ἑαυτοῦ ἄλλο τι περὶ αὐτῆς διδάξαντα. δοκεῖς δέ μοι, ἐπαινῶν μὲν τὴν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινεῖν, ἐπιλελῆσθαι δέ τι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἑαυτοῦ ἴδιόν τι εἶδος ὄν. οἷον τραγικήν μέν τινα ἐμμέλειαν, κωμῳδικὴν δὲ κόρδακα. ἐνίοτε δὲ καὶ τρίτην, σικιννίδα προσλαμβανομένην. ἐν ἀρχῇ δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν προλιμνᾶσαι τὴν ὀρχήσεως τῶν τραγῳδίων, καὶ τῶν κωμῳδίων, καὶ αὐλητάς λυγκίους, καὶ λιβυφοίνικας, ἐπαγόμενον ταῦτας, καὶ διὰ τῶν σκηνῶν προσιόντων, φέρε νῦν, ἀντεξετάσωμεν τῇ ὀρχήσει ἕκαστον αὐτῶν. καὶ τοι τὴν μὲν αὐλὸν, οὐδενὶ, καὶ τῶν διέρων παρῶμεν, μόνον γὰρ ἂν ἐν ὀρχήσει ἐν πυρρίαις καὶ ταῦτα. τῶν τραγῳδίαν δέ γε ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ πρώτου καταμάθωμεν, οἷά ἐστιν, ὡς οὐ δεῖ ἅμα καὶ

sat scio illum omnibus reliquis posthabitis, hisce tantùm spectaculis operam daturum, neque pueros quicquam perinde atque saltationem doctorum. Videris E *autem mihi laudans Comœdiam atque Tragœdiam, oblitus esse, in utraque illarum proprium quoddam saltationis genus exerceri. ac tragicam quidē esse Emmeliam, comicam uerò esse Cordaca. Nonnunquam usurpari & tertiam, nempe Sicinnidē. Postea uerò quàm in principio saltationi tragœdiam & comœdiam, tibicinaq; & citharam ante ferre non dubitaris, tanquā ista in certamen ueniant, atque per hoc grauia dicenda sint: age uicissim ista singulatim excutiamus, tibiam autem & citharam relinquamus. Etenim & istæ saltationis partes sunt, ducendis choreis subseruientes. Porrò autem ipsam tragœdiā primùm ab habitu contemplemur, cuiusmodi sit, quàm turpe &*

καὶ φοβερὸν βλέμμα, καὶ μῦκος ἀῤῥύθμου φωνῆς μεστόν· εἶδος ἀπὸ κεφαλῆς ἐπὶ ποδῶν ἐπηρμένον, ὑψηλοῖς ὑποδήμασιν ἐπεξημένον, πρόσωπον ὑπὲρ τὴν φαλῆν ἀναβεβλημένον ἐπικεκρυμμένον, καὶ στόμα διχηνὲς πάμμεγα, ὡς καταπιόμενον τοὺς θεατάς. εἶτα λόγων προσῳδία δεινὴ καὶ πρεπωδία, πρὸς τὸν καὶ ἐπιτυχόντα πάχους προσποιούμενον, ὡς μὴ ἐπὶ μόνοις ἡ ἀῤῥυθμία ἐν λιπαρῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο. ἔστ' ἂν δὲ αὐτὸς διηγῆται, ἑαυτὸν ἀνακλᾶν καὶ καταπλᾶν, ἐνίοτε καὶ προσέλκειν τὰ ἰαμβεῖα, καὶ τὸ δὴ αὐσχιστον, μιλῳδῶν τὰς συμφορὰς, καὶ μόνος ἀφ' ἁπάντων ἑαυτὸν ἀκούειν παρέχων ἑαυτῷ. τὰ γὰρ ἄλλα τῆς ποιητικῆς ἀμείλικτος, πρὸ πολλοῦ ποτὲ γενομένης. καὶ μέχρι μὲν Ἀνδρομάχη τις ἢ Ἑκάβη ᾖ, φερετὸς ὁ ὠλός· ἐπὰν δ' Ἡρακλῆς αὐτὸς ἀσπαλιῶν μενοινᾷ, ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ, καὶ μόνα τῶν λιπαρῶν ἀλλὰ

pe & minimè iucundum ſpectaculum, homo longitudine deformi atq; incompoſita exornatus, altis calceamentis ingrediens, caput larua minaci obductum habès, tum perāplo ore hiante, quaſi ſpectatores eſſet deuoraturus. Multo adiuuantia pectora, & uentres factitios, adiunctam & arte compoſitā corporis craſſitudinem, ne longitudine diſcors compoſitio in tenui corpuſculo magis reprehendenda ueniat. Deinde indecora hiſtrionis uociferatio, iam ſeipſum inclamantis, iam uerberantis, aliquando etiā iambicos uerſiculos cantillantis, & quod turpiſſimum eſt, grauiſſimas calamitates modulantis, ac ſola uoce ſemetipſum reprehendendū exhibentis. Quippe alia priſcorum poetarum induſtria inuenta ſunt. Et quamdiu quis Andromachen agit, aut Hecubam, tolerabilis eſt concio: ubi uerò ipſe Hercules carmine lugubri in ſcenam ingreſſus eſt, ſui oblitus, neque leoninam,

neq;

ἀλλὰ δὲ, μήτι τὸ ῥᾴωλον, ὃ πρίνεται, σελοικίαν τῶν γρα-
φῶν εἰκότως φαίη ἄν τις τὸ πρᾶγμα. καὶ γὰρ τοῦ, ὅπερ ἐν
κάλλει τῇ ὀρχήσει, τὸ ἀν-
δρας ὄντας μιμεῖσθαι γυναῖ-
κας, λυσανὸν τοῦτο καὶ τῇ τρα-
γῳδίᾳ καὶ τῇ κωμῳδίᾳ ἴγ-
κλημα κοινόν ἐστι. πλείους γοῦν ἐν
αὐτῇσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖ-
κες. ἡ κωμῳδία δέ, καὶ τῶν
προσώπων αὐτῶν τὸ διαλογί-
λοτον, μίμῳ ἓν τέρπνῃ αὐτῇ
προσῆκον, οἷα λόγου καὶ τοῦ
βίου καὶ μαγείρων πρόσωπα.
τὸ δὲ τῆς ὀρχήσεως σχῆμα, ὡς μὴ
αἰσχρὸν καὶ ἀνηκαὶς, ἐκ ἐμοὶ
χρὴ λέγειν. ἄδηλα γὰρ τοῖς μὴ
τυφλοῖς τυγχάνει. τὸ δὲ πρέπον
τοῦ αὐτοῦ, ὡς κάλλιστον, καὶ
τῷ σκοπουμένῳ ἁρμόττει καὶ-
κὸν, ἀ διαχυνὸς δέ, ὡς ἐκεῖνα,
ἀλλὰ συμμιγνύς. ἔχει γὰρ
πολλοὺς τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς βοῶν-
τας. πάλαι μὲν γὰρ καὶ τοῖς
ἄλλοις, καὶ ἠρχοῦντο, ἀπ' ἐκεί-
νου

nere; clauam quæ præponi-
tur, ueneratur: adeò ut sanæ
mentis homo quispiam iure
optimo talem actionem so-
lœcismum uitiosum possit re
prehendere. Iam quod cum
primis quoque in saltatione
damnasti, uiros histriones
mulierũ mores imitari, hoc
equidem commune quoq; est
& tragœdiæ & comœdiæ
uitium. Etenim in utraq; plu
res introducuntur mulieres
quàm uiri. Quinetiam Co-
mœdia partem personarum
omniũ maxime ridiculam,
& oblectationis plenã huic
tribuit, uidelicet lampadum
& tibicinarum & coquo-
rum personas. Sedenim sal-
tationis habitus quàm decẽs
sit & modestus, quorsum at
tinet dicere, cum cæcis quo
que ista sint perspicua? Car-
mina ipsa pulcherrima, & sub
iecta fabulæ respondens, nõ
immanè hiat, ut illæ, sed sal-
tationi per omnia conuenit.
Habet enim permultos sub illa uociferantes. Olim uerò
ipsi quoque saltatores canebant, & unà saltabant. De-

λὴ λιτυμελέων τὸ ἆθμα τῶν ᾠδῶν ἐπιταράττῃ, ἄμαυρον ἐοικὸς ἔλκειν αὐτοῖς πόδας. αἱ δὲ ὑποβάσεις παντὰ ἀμφοτέροις, καὶ ἀλλήλων τι διαφέρειν τῶν ῥαψικῶν αἱ ὀρχηστικαὶ, πολλῷ ὅτι ποικιλώτεραι αὗται, καὶ πολυμαθέστεραι, καὶ μυρίας μεταβολὰς ἔχουσαι. εἰ δὲ μὴ εὐαγώνιος ἡ ὄρχησις. ἐκεῖνο φημὶ εἶναι αἴτιον, τὸ λόξα τοῖς ἀγωνίσμασι μᾶλλον καὶ σεμνότερον τὸ πρᾶγμα, ἢ ὅτι ἐξ ἀρίστων ἐλαλήθη. ἐκεῖνο λέγω, ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ, τῇ Χαλκιδικῇ γένει ἡ αὐτή, καὶ τοῦτο, ὥσπερ τι κόσμημα, τῷ παρ' αὐτοῖς ἀγῶνι προσέθεσαν. ἴδιλα δὲ ὅτι οὐ ῥᾳδίως ἔστιν ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παραλελειμμένων τῷ λόγῳ, παμπόλλων ὄντων, ὡς μὴ δόξαν ἀγνοίας ἢ ἀμαθίας παράσχωμαι. οὐ γὰρ

inde animaduertentes continuo motu grauari anhelitum, & per hunc turbari cantilenam, usum est factu longè consultius, ut alij saltantibus succinerent. Porrò autem argumẽta utrisq; cõmunia sunt: neq; ulla in re à tragicis distinctim separata sunt saltatoria, quàm quòd multipliciori uarietate exornata sunt illa, maioriq; studio perdiscenda, atq; infinitas mutationes habentia. Quòd autem saltationum nulla sunt certamina, hãc ego causam esse opinor, quòd certaminum auctoribus res maior & grauior uisa sit esse saltatio, quàm ut de ea exactè pronunciari posßit. Vt præteream ciuitatẽ in Italia Chalciduci generis præstantißimam, & hanc quẽadmodum ornamẽtum aliquod certamini quod apud ipsos decertandum præponitur, adiecisse. Iam uerò suo per mi respondere tibi stat sententia, quæ oratione mea omissa sunt, quæ non pauca esse uideo, ne quam ignoruantiæ aut imperitiæ opinionem apud te incurram. Neque

γεφμα λέληθεν, ὅτι πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες, τὴν πλείστην διατριβὴν ἐν γραφαῖς ἐποιήσαντο, πάντα περὶ ὀρχήσεως τὰ εἰδη ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν διαλαμβάνοντες, καὶ εἴπερ ἄλλο τι πάντα, καὶ ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθέστατα τούτων ἐπίλεξιν ἐγκαλλωπισάμενοι παρέξεσθαι. ἐγὼ δὲ μέγα μοῖραν τὴν περὶ τούτων φιλοτιμίαν ἐκπερίεργόν τι καὶ ἐφήμερον, καὶ ἐμαυτῷ ἄκαιρον εἶναι μᾶλλον, καὶ διὰ τοῦτο παραίτημαι. ἐπεὶ εἰ δεῖ μεμνῆσθαι ἐνίων καὶ μιμνῄσκεσθαι, ὅτι μοι τῶν πάνυ ὀρχήσεων πρόπαλαι γεγηθαλεγῶν, ἀλλὰ τοῦτο τὸν σπουδὴν ὑπερτεθέμενον τῷ λόγῳ, ὀρχήσεων ὀνόματα διαλαμβάνεσθαι, πλὴν ἔνων ἐν ἀρχῇ ὀλίγων ἐπιμνήσθην, τὰς γενναιοτέρας αὐτῶν προκρίνας. ἀλλὰ τί γε

que mihi obſcurum eſt, cõplures ante nos de ſaltatione libellos conſcripſiſſe, ac omnem ſuam in ſcribẽdo operam et induſtriam in hoc poſuiſſe, ut omnia ſaltationis genera atq; ſpecies numero comprehenderent, earum demq; nomina percenſerẽt, tum cuiuſmodi unaquaeque illarum, aut quo auctore foret inuenta, quo inſtituto magnam multiplicis ſciẽtiæ opinionem ſibi adiuncturos exiſtimabant. Ego uerò hãc ambitioſam ſuper biſce rebus contentionem, & ineptam, & ſeræ cognitionis, & mihi ipſi in præſens minimè tempeſtiuam & accõmodam eſſe arbitror, eamq; ob rem illa ſuperſedeo. Deinde & hoc te cogitare uelim, ac tenere memoria, quòd neque in præſentia ſtatuerim omnem ſaltationem à prima ſtirpe repetitam uelle indagare: neq; hunc orationis meæ ſcopum eſſe propoſitum, ſaltationum nomina numero complecti uelle, præter paucas illas quarum initiò meminì, tanquam generoſioribus propoſitis. Verùm

τὸ γὰρ τῷ πυρόεντι μοι ἐπὶ κεφαλὴν ἔπος τόδε ἐστί, τὴν νῦν ἐρχησιν μαθησόμεθα ἵνα τίνα, καὶ δεῖξαι ἔοικεν αὐτὴ τὰ πρῶτα καὶ χρήσιμα φίλα βύσα ἔχει, ὁ πάλαι ἀρξαμένη ἐς τοσοῦτον μέλλει ἐπιδώσειν, ἀλλὰ μετὰ τὴν σικχίην μάλιστα. αἱ μὲν γὰρ πρῶται ἐκεῖναι, ὥσπερ τινὸς ῥίζαι καὶ θεμέλιοι τῆς ἐρχήσεως ἔσαν. τὸ δὲ κάλλος αὐτῆς, καὶ τὴν τελειότατον ἀκρήν, ὅσπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἐκτετέλεσται, τοῦτο νῦν ἐμέτρῳ καὶ λόγῳ διεξέρχεται, πρᾶγμα τὸ ἁρμονιστικὸν, καὶ γὰρ ἐρχήσεως ἐστὶ καὶ τοῦτο, καὶ τὸ φεύγειν τὰ ἐρχήσιμα ἀλλὰ, τὸ παρεῖναι καὶ συμπλέκειν, μὴ τὰ μέτρα γεγενημένα, ἐγρεῖναι πολλάκις πρὸς αὐλημα γυναικῶν ἐρχουμένων, ἐφεξῆς

hoc H orationis meæ caput & ſumma futura eſt, ut eã ſaltandi rationem quæ nunc cõſtituta in uſu uerſatur, laudibus illuſtrem: planumq; faciam, quantum cùm uoluptatis, tum fructus in ſe comple ctatur: & quàm non nuper primùm incepta, ad tantum uenuſtatis & elegantiæ culmen & faſtigium peruenerit, nec minus de ſe exhibẽs reuerentiæ. Quippe priores illæ, perinde ut radices & ſaltationis fundamenta fuerunt. Eius autem floridam uenuſtatem, & fructum ab ſolutiſſimum, qui nunc omnium perfectiſſimè cunctis augmentis ematuruit, illum nũc in præſens oratione noſtra explicabimus, poſthabita Thermayſtride, & gruum ſaltatione, & alijs præſenti parum conuenientibus. Sed ne Phrygiam quidem illam ſaltandi ſpeciem, aptam conuiuijs & compotationibus, & quæ tantum ebrietate duce exerceri ſolet, hominibus ruſticis ſæpenumero ad tibiam muliebriter ſaltantibus ſalius duros

& la-

ἀρὰ καὶ διαμαρτάνειν πολλάκις, νῦν μὲν ἐπὶ τῆς ἀγροικίας ἐπιπολάζουσαν, ὑπ' ἀγνοίας παρεῖλκομεν· ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ταύτας τῇ νῦν ὀρχήσει κοινωνεῖ. καὶ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις, ἔνια μέν τινας εἶδη ἐπαινεῖ ταύτης, τὰ δὲ πάνυ ἀποκρίνει, διαιρῶν αὐτὰ ἐκ τοῦ τί τὸ τέρπειν, καὶ τὸ χρήσιμον, καὶ ἀποδείκνυσιν αὐτῶν τὰ ἀσχημονέστερα, πρωτιμῶν δὲ καὶ ἑκατέρου θάτερα, καὶ περὶ μὲν αὐτῆς ἐρχήσεως τοσαῦτα. τὸ γὰρ, πάσας ἐπεξιέναι, μακρόν τε λόγου, ἀπεριόπτου. ἃ δὲ τὴν ὀρχηστὴν αὐτὴν ἔχειν χρὴ, καὶ ὅτως δεῖ ἀσκεῖσθαι, καὶ ἃ μανθάνειν, καὶ εἰς ὁρατικὴν τὸ ἔργον, ἤδη σοι λέγω, ὡς μάθῃς, ἃ τῶν ῥᾳδίων, καὶ τῶν δυσταχειρίστων οὖσαν τὴν τέχνην, ἀλλὰ πάσης παιδεύσεως εἰς τὸ ἀκρότατον ἀφικνεῖσθαι μέλλων, ἃ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ

& laboriosos, & quos etiã num agrestium studio relictos uidemus, præ ignorantia obticui: sed quia à præsenti saltatione omnibus modis aliena est, nec quicquam cũ illo cõmune habet: quandoquidem ipse quoque Plato in Legibus nõnullas illius species cõmendat, nonnullas uerò in totum reprobat, diuidens eas iuxta uoluptatem & utilitatẽ, exigens ex illis quæ sunt indecentiores, anteponens autem & admirans reliquas. Et de ipsa quidem saltandi ratione hæc dicta sufficiant. Et enim singulis persequendis orationẽ extendere, absurdum mihi uidetur, & ineptum. Iam uerò ea quæ saltatorem l exi mium habere oportet, tum qua ratione ijs quæ perdidicit, rectè uti, quibuſq; rebus artem possit assequi, tibi expediam, ut cognoscas quàm non ista ars omnino sit comprehensu facilis, & cuiusuis ingenio obuia & exposita, sed omnium disciplinarum exactissimè cognitarum adminiculo excolenda sit, non musices tantùm, uerùm etiã

καὶ ῥυθμικῆς, καὶ γεωμετρικῆς, καὶ ὅλως τῆς φιλοσοφίας μάλιστα, ἥ τι φυσικῆς, καὶ ἠθικῆς· τῶν γὰρ διαλεκτικῶν αὐτῆς παρέργων ἡγεῖται, ἅπαξ μόνον αὐτῇ προσφχόμενος. ἡ μὲν ἐπιδεικτικῆς ἀφίσταιτο, ἀλλὰ καὶ ταύτης μετέχει, ἐπειδή ἐστί τι καὶ πάθος ἐπιδεικτικὸν ὄντων, ὧν καὶ οἱ ῥήτορες ἐφίενται. ἐπεὶ δὲ καὶ γραφικῆς οὐκ ἀπῳκίσθη, ἀλλὰ τῶν ἐν τούτοις δοκεῖ μίμησιν μάλιστα μιμεῖσθαι φαίνεται, ὡς μηδὲν ἀμείνω μήτε Φειδίαν αὐτῆς, μήτε Ἀπελλῆν ἔοικεν ἐπὶ πάντων δὲ, Μνημοσύνῃ, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς Πολύμνιαν, ἐπειδὴ ἔχειν αὐτὴν πρόνοιαν, τὴν μνημονικὴν παρεῖναι ἁπάντων. κατὰ γάρ τινα τὸν Ὁμηρικὸν Κάλχαντα, τὸν ὀρχηστὴν ἀνδρα χρὴ, τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσόμενα, πρό τ' ἐόντα, ὡς μηδὲν αὐτὴν διαλανθάνειν, ἀλλ' ἅπαντα πρόχειρον τὴν μνήμην αὐτῶν

rhythmices & Geometrices, cum primis uerò philosophiae tuae naturalis & moralis. Solùm uerò Dialecticã illi tanquam superfluam & parum commodam existimatum est. Neq; uerò abhorret à Rhetorica, sed et illius est particeps, quatenus mores atq; affectus demõstrat, quorum indicandorum cupidi sunt etiã Rhetores. Sed nec à graphica excluſa est, & plastice: uerùm harũ in membris exprimendis concinnitatem magnopere imitari uidetur, adeò ut ne Phidias quidem in tantum, aut Apelles in ea uidetur praecellere. Ante omnia uerò praesens & singularis in saltatore requiritur Memoria, eiusq; filia Polymnia, ut omnium rerũ callentissimè memor sit. Etenim iuxta Calchantem Homericum, saltatorem scire necesse est, quae sint, quae fuerint, quae mox uentura trahantur. Ne quid rerum prorsus ignoret: sed memoriam habeat promptam, & expeditam. Caput autem

τῶν, καὶ τὸ μὲν διφάλαιον ἡ κατάστασις, μιμητικὴ ἐστὶν ἐπιστήμη, καὶ λεκτικὴ, καὶ τῶν ἐννοηθέντων διηγηματικὴ, καὶ τῶν ἀφανῶν σαφηνιστική. καὶ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τὸ Περικλέους ἔφυ, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τὸ ὀρχηστῇ ἀναγκαιότατον ἂν ἐγκωμιάζων λέγοι, γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά. ἑρμηνεύω δὲ τοῦτο, τὴν σαφήνειαν τῶν σχημάτων λέγω. ἃ δὲ τῷ ὀρχουμένῳ χορηγίαν, ἃ παλαιὰ ἱστορία ἐστὶν, ὡς προεῖπον, καὶ ἃ πρόχειρα αὐτῷ μνήμῃ, καὶ μετ' εὐπρεπείας ἐπιδεῖξαι. ἀπὸ γὰρ χάους εὐθὺς, καὶ αἱ πρῶται τῆς πάντων γενέσεως ἐξάμηνον, χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι, ἄχρι τῆς κατὰ τὴν Κλεοπάτραν τὴν Αἰγυπτίαν. τόσῳ γὰρ διαστήματι περιγράφει ἡμῖν ὁ τῆς ὀρχήσεως πολυμάθητος κύκλος δι' ἐκείνου μάλιστα ἴσως, ἑρμεῦ τοιοῦ, Ἀφροδίτης γενέσεως, Τιτάνων μάχης, Διὸς

autem argumenti est, imitationis atq; demonstrationis scientia, ac rerum mente cõceptarum explicatio, neque non obscurorum perspicua declaratio. Et quod de Pericle literis ac memoriæ prodidit Thucydides, eum uirtũ collaudans, hanc summã & clarissimã esse saltatoris laudem, nosse quid deceat, & idipsum explicare posse. Explicationem autem, habituũ perspicuitatẽ ego dico. Cæterum ad hanc rem potissimum facere uidetur omnis illa rerum priscarum historia, ut à me prædictum est, cũ prompta memoria, tum decenti gesticulatione coniuncta demonstratio. Statim enim à Chao & prima terræ generatione facto exordio, cuncta illi ad unguẽ cognita esse necesse est, usque ad Cleopatræ Aegyptiæ tẽpora. Hoc enim seculorũ interuallo circumscripta est nobis multiplex illa saltatori paranda cognitio. Media omnia perfectissimè calleat, Cœli sectionem, Veneris partum, Titanum Κpugnam, Io-

γίνεσιν, Ῥέας ἀπάτην, λίθου ὑποβολὴν, Κρόνου δεσμὰς, τὴν τῶν θεῶν ἀδελφῶν διαίρεσιν, ἔτι ἐξῆς Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς διάδοσιν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως δίκας, ἵνα τ' ἐν ὀλίγοις εἴπω, Δήλου πλάνην, καὶ Λητοῦς ὠδῖνας, καὶ Πύθωνος ἀναίρεσιν, καὶ Τιτυοῦ ἐπιβολὴν, καὶ τὸ μέσον ἀετῶν διοσκήμενον πέδον τῶν ἀετῶν. Δεῦρο διαλιπὼν ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸν μυθώδη ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ναυαγίαν, καὶ λάρνακα μίαν, λάψασαν τὸ ἀνθρώπινον γένος φυλάξασαν, ἢ ἐκ λίθων ἀνθρώπους πάλιν. Ἔτι τὰ Ἡφαίστου σπαραγμὸν, καὶ Ἥρας δόλον, καὶ Σεμέλης διαπάφλιξιν, καὶ Διονύσου ἀμφοτέρους τὰς γονὰς, καὶ ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ ὅσα Ἡφαίστου πρὸς Ἐριχθόνιον, καὶ τὸν ἔριν ἅπαν τὸν περὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ ἀπὸ τούτου, καὶ τὸν πρῶτον ἐν Ἀρείῳ πά-

uis incunabula & natiuitatem, Rheæ fraudulentam impostură, lapidis suppositionem, Saturni L uincula, triũ fratrũ regna per sortem diuisa. Deinde Gigantum seditiosam rebellionem, ignem furto Promethei subtractũ, hominum formationẽ, Promethei supplicium, amoris utriusque robur & uiolentiam. Post hæc Deli erationem, & Latonæ ex partu dolores, & Pythonis cædẽ, & Tityi insidias. ac mox, quemadmodum medium terræ aquilarum uolatu inuentum sit. Ad hæc Deucalionem, ac magnum illud id ætatis naufragium, tum unicam illam arcã humani generis reliquias conseruantẽ. Præterea quemadmodũ denuò ex lapidibus homines prognati sunt. Mox Iachi dilaniationem, & Iunonis dolum, & Semeles conflagrationem, & Bacchi utranque stirpem. Tum quæcunque de Minerua referuntur in fabulis, quæcunq; de Vulcano, atque Erichthonio: ac disceptationem illam de Attica, & primum in Areopa-

go iu-

γὴ λαβίσιν, καὶ ὅλως τὴν Ἀτ-
τικὴν πᾶσαν μυθολογίαν. ἔχοι
ρίτως δὲ, τὴν Δήμητρος πλά-
νην, καὶ Κόρης ἥρπαγὴν, καὶ Κε-
λεοῦ ξενίαν, καὶ Τριπτολέμου
γεωργίαν, καὶ Ἰκαρίου ἄμπε-
λουργίαν, καὶ τὴν Ἠριγόνης συμ-
φοράν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου, καὶ
ὅσα περὶ Ὠρειθυίας, καὶ Θη-
σέως καὶ Αἰγέως, ἔτι δὲ τὴν Μη-
δείας ὑποδοχὴν, καὶ τοὺς ἐκ
Πέρσας φυγὰς, καὶ τὰς Ἐρεχ-
θέως θυγατέρας, καὶ τὰς Πανα-
θηναίων, ἅτε ἐν Θράκῃ ἐπα-
θὼν καὶ ἐπράξαν. ἔτα δὲ Ἀκά-
μας, καὶ ὁ Φυλλὶς, καὶ ὁ πρω-
τίστη δὲ τῶν Ἑλένης ἁρπαγὴ,
καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκόρων
ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ Ἱππολύ-
του πάθος, καὶ Ἡρακλειδῶν κά-
θοδος. Ἀγνοητέα γὰρ καὶ ταῦτα
οἰκότως ἂν νομίσαιμι. ταῦτα μὲν
τὰ Ἀθηναίων, ὀλίγα πάνυ
λέγων καὶ ἴσως ἐκ πολλῶν
τῶν παραλελειμμένων λίαν ὀλί-

go iudicium. In ſumma, totũ illum ſermonem Atticum fabuloſis narrationibus refertiſſimum. Præcipuè tamen memoria teneat Cereris errorem, atq; inuentam Proſerpinam, & Celei hoſpitalitatem, & Triptolemi agriculturam, & uitium plantationem factam ab Icaro, & Erigones ærumnas: præterea quæcunque de Borea, quæcunq; de Orithyia, & Theſeo & Aegeo memoriæ prodita ſunt. Adde hìs Medeæ ſuſceptionem, eiuſq; denuò in Perſas fugam, ac regis Erechthei filias, & natas Pandionis, tum quæcunque in Thracia perpeſſæ ſunt, & fecerunt. Deinde nõ ignorandus eſt illi Acamas, non Phyllis, non primus raptus Helenæ, tum Caſtoris atque Pollucis aduerſus urbem expeditio, neque non mors Hippolyti, & Heraclidarum reditus. Iure enim & iſta in fabulis Atticis cenſebuntur. Et hæc quidem ex rebus geſtis Athenienſium ſanè quàm pauca exempli gratia ex multis à me prætermiſſis percurri. Deinceps uerò memoria quoque tenen-

δυ. ἐξῆς ἡ Μεγάρα, καὶ Νίσος, καὶ Σκύλλα, καὶ πορφυρᾶ τρίχωμα, καὶ Μίνως πόρος, καὶ περὶ τὴν ἀνδρίτου ἀχαριστίαν, εἶτ ἐξῆς ὁ Κιθαιρὼν καὶ τὰ Θηβαίων, καὶ τὰ Λαβδακιδῶν πάθη, καὶ Κάδμου ἐπιδημία, καὶ βοὸς ἔκλασις, καὶ ὄφεως ὀδόντες, καὶ Σπαρτῶν ἀνάδυσις. καὶ αὖθις, τοῦ Κάδμου εἰς δράκοντα μεταβολὴ, καὶ πρὸς λύρᾳ τείχισις, καὶ μανία τῆς τεκούσης, καὶ τῶν γυναικῶν αὐτῆς τῶν Νιόβης ὁ μιγαλαυχία, καὶ ὁ ἐπὶ τῷ πένθει σιγὴ, καὶ τὰ Πενθέως καὶ Ἀκταίωνος, ἔτι τὰ Οἰδιπόδου, ἔτι τὰ Ἡρακλέους σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι, καὶ ὁ τῶν παίδων σφαγή. ἔπ' ὀ Κλεινὸς, πλοῖα καὶ αὖθις μύθων, τὸν Γλαύκιλλον καὶ τὸν Κρέοντα ἔχουσα, καὶ πρὸ αὐτῶν, τὸν Βελλεροφόντην, καὶ τὴν Σθενεβοίαν, καὶ Ἡλίου μάχην καὶ Ποσειδῶνος· καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν Ἀθάμαντος

da est Megara, & Nisus, et Scylla, & crines purpurei, & Minois regis Cretensis discessus, ac erga bene de se meritam ingratitudo. Quibus postea annectenda sunt cum Citbæron quæcunque Thebanis ciuibus acta sunt, & Labdacidarum erumnæ, & Cadmi peregrinatio, & bouis procubitus, & dentes serpentini, & seminatorum ortus. Et rursus Cadmi in serpentem transmutatio, & ad lyram præcinentem murorum substructio, & murorum instauratoris insania, & uxoris eius, neque Niobes sibi ac suis exitiosa iactantia, & in luctu silentium: tum quæcunq; de Penthco, quæcunq; de Actæone, quæcunq; de Oedipode, quæcunq; de Hercule cũ omnibus illius certaminibus literis prodita sunt, eimq; liberorum per insaniam facta internecio. Deinde Corinthum, & ipsa plena fabulis, Glaucam & Creonta habens, & ante illos Bellerophontem, & Sthenebœam, Solisq; & Neptuni pugnam. Post hæc autem Athamantis furen-

μανίαν, καὶ τῶν Νιφίλης παίδων ἐπὶ τῇ ἱερᾷ τοῦ διὸς φυγῇ, ἔτι καὶ Μελικέρτου ὑποδοχάς. ἐπὶ τούτοις, τὰ Πελοπιδῶν, καὶ Μυκηναῖα, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. καὶ πρὸ αὐτῶν, Ἴναχος καὶ ἰώ, καὶ ὁ φύλαξ αὐτῆς Ἄργος, καὶ Ἄτρεύς καὶ Θυέστης καὶ Ἀερόπη, καὶ τὸ χρυσοῦν ἄρνας, καὶ Πελοπείαι γάμοι, καὶ Ἀγαμέμνονος φόνος, καὶ Κλυταιμνήστρας τιμωρία· καὶ ἔτι πρὸ τούτων, ἡ ἐπὶ λοχαγῶν στρατία, καὶ ἡ τῶν φυγάδων γαμβρῶν τοῦ Ἀδράστου ὑποδοχή, καὶ ἐπ' αὐτοῖς χρησμός, καὶ ἡ τῶν στρατηγῶν ἀταφία, καὶ Ἀντιγόνης διὰ ταῦτα καὶ Μενοικέως ἀπώλεια. καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ δή, ἡ Ὑψιπύλη καὶ Ἀρχέμορος, ἀναγκαιότατα τῷ ὀρχηστῇ μνημονεύματα. καὶ πρὸ αὐτῶν ἔτι τὰ Δανάης παρθενεῖα, καὶ Περσέως γένεσις, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Γοργόνος ἆθλον αὐτῷ προσμεμελέτηκεν. ᾧ εἰκὸς καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις,

furentem insaniam, ac Nubis liberorum in ariete fugã aeriam, Inus & Melicertæ susceptionem. Ad hæc, neq; Pelopidarum facta saltatori negligenda sunt, neq; Mycenæ, & quæcunq; in illis memorabiliter gesta sunt. Et ante illos Inachus et Io, & ipsius custos Argus, et Atreus, & Thyestes, & Aerope, et uellus aureũ, & Pelopiæ nuptiæ, & Agamemnonis interfectio, et Clytènestræ supplicium. Iam adhuc ante illos septè principũ aduersus Thebas expeditio, & generorũ exulũ Adrasti susceptio, & oraculum de illis proditum: præterea ducum in bello cæsorum interdicta sepultura, & propter hanc Antigones & Mænecei miserabilis interitus. Insuper quæcunque feruntur in Nemea Hypsipyle & Archemorus saltatori monimenta cum primis necessaria. At etiam quæ ante illa tempora acciderunt, exactè callebit, Danaes uirginitatem, Persei natiuitatem, certamen quod aduersus Gorgonas suscepit. Adde illis & Aethiopicam narrationem,

Cassio-

Καλλίσπην καὶ Ἀνδρομέδαν καὶ Κηφῆ, ἃς καὶ ἀστροις ἐγκατέλεξε μετὰ τῶν μυθικῶν τούτων πίστεις. Λιμὴν δὲ τὰ Αἰγύπτου, τὰ Αἰγύπτῳ καὶ Δαναῷ δίκαια, καὶ τῶν ἐπιβαλλόμενον ἐπιβουλῶν ὀλίγα δὲ καὶ ὁ Λακεδαίμων τεκμήρια παρέξεται, τὸν Ὑάκινθον, καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ κιθαρῳδὸν Ζέφυρον. καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ δίσκου μαραινόμενον φροντίδα, καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἵματος τοῦδε ἄνθος, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἀναίρεσιν ἐπιγραφῶν, καὶ τὸν Τυνδάρεω ἀνάστασιν, καὶ τὸν Διὸς ὑπὲρ τούτου λύσσαν. Ἀσκληπιοῦ ἰάσεως, ἵνα δὲ καὶ τὸν Πάριδος ξενισμὸν, καὶ τὸν Ἑλένης ἁρπαγὴν, μετὰ τῶν ἐπὶ τῷ μήλῳ κρίσιν. νομιεῖν γὰρ τῇ Σπαρτιατικῇ ἱστορίᾳ καὶ τὸν Ἰλιακὸν συνῳφθαι, πολλῶν ὄντων, καὶ πολυπρόσωπον. διὸ ἕκαστον χωρὶς τῶν ἐπὶ Τροίᾳ, δράμασι τῇ σκηνῇ πρέπει. καὶ μυθεύεσθαι δὲ τούτων ἀεὶ, μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς

Cassiopeam, & Andromedam, & Cepheum, quos inter astra annumerauit quoque hominum id ætatis credulitas. Quinetiam illa non ignorabit prisca facta Aegypti & Danai, & insidiis quibus petitæ sunt nuptiæ. Non pauca uerò eius generis suppeditabit & Lacedæmon, uidelicet Hyacinthum, & Apollinis riualem Zephyrum, & pueri exitium à disco illatum, enatumq; ex illius sanguine flosculum, & gementem in eodem inscriptionem eorum, & Tyndarũ à morte reducem, & Iouis ob hoc ipsum aduersus Aesculapium excandescentiã. Præterea Paridis apud Menelaum hospitium, & Helenæ raptum post factũ propter pomum iudicium. Planè enim existimet Spartanæ historia & Iliacam esse adiunctam, copiosam profectò & multiplicem. Itaq; iuxta unumquenq; apud Troiam occisorum fabula agenda scenæ proponitur. Consentaneum uerò est, ut horum

jubin

γῆς οὐδὲ, ἄχει τῶν ἐν τοῖς πρώτοις γεγραμμένων, καὶ τῆς Αἰνείου πλάνης, καὶ Διὸς ἔρωτος. ἔχει δὲ καὶ ἐπιτήδεια καὶ τὰ περὶ τὸν Ὀρέστου δράματα, καὶ τὰ ἐν Σκυθίᾳ τῷ ὕστερον πεπλασμένα. ἐν ἀκμῇ δὲ καὶ τὰ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τοῖς Ἰλιακοῖς συγγραφεῦσι, Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθένοις, Ὀδυσσέως μανία, καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία, καὶ ὅλως ἡ πᾶσα Ὀδυσσέως πλάνη, καὶ Κίρκη καὶ Τηλέγονος, καὶ ἡ Αἰόλου τῶν ἀνέμων δυναστεία, καὶ τὰ ἄλλα μέχρι τῶν μνηστήρων τιμωρίας. καὶ πρὸ τούτων, ἡ ἐπὶ Παλαμήδει ἐπιβουλή, καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργή, καὶ ἡ Αἰακοῦ μανία, καὶ ἡ ἐπὶ πέτραις ἀπώλεια. ἔχει πολλὰς ἀφορμὰς καὶ Ἦλις τοῖς ὀρχεῖσθαι πειρωμένοις, τὸν Οἰνόμαον, τὸν Μυρτίλον, τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τοὺς πρώτους τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνιστάς. πολὺ δὲ καὶ ὁ κατ' Ἀρκαδίαν μυθο-

subinde memor sit, cum primis uerò eorum quæ mox è raptu usq; ad Græcorũ procerum in patriam reditum peracta sunt. Neque Aeneæ erroris obliuiscatur, neq; Di donis amoris. Inter quæ locum quoq; habebunt quæ de Oreste circumferuntur fabulæ, tum qualia satis fidẽter ausus est in Scythia. Sed nec illa quæ antehac gesta sunt, inepta putabit. Achillis in Scyro cum uirginibus conuersationem, Vlyssis insaniam, Philoctetæ à Græcis derelictionẽ. In summa, totam Vlysseam errationẽ, & Circen, & Telegonum, & Aeoli in uentos imperiũ, aliaq; usq; ad procorum supplicia. Ante hæc uerò quibus sycophantias Palamedi perniciem machinatus est, & ira Nauplij, & Aiacis furẽtis insania, & alterius ad petras naufragiũ facientis exitium. Quin etiam Elis multas occasiones præbebit saltare conantibus: Oenomaũ, Myrtilum, Saturnum, Iouem, primos Olympiarum athletas. Atqui nec Arcadia fabularum

μυθολογία, Δάφνες φυγὴ, καὶ Λιγυὸς θηρίωσις, Κενταύρων παροινία, καὶ Πανὸς γονὰὶ, Ἀλφειοῦ ἔρως, καὶ Ὑφαλ@ ἀποδημία· ἀλλὰ λαβὼν ἐς τὴν Κρήτην ἀφίκῃ τῷ λόγῳ, πάμπολλα μὲν αὐτὸν ἐκ τῆς ὀρχήσεως ὠφελήσει, τὴν Εὐρώπην, τὴν Πασιφάην, τοὺς ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τὴν Ἀριάδνην, τὴν Φαίδραν, τὸν Ἀνδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ἴκαρον, τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολυίδου μαντικὴν, τὸν Τάλων, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης φύλακα. Ἐὰν δὲ Αἰτωλίαν μετέλθῃς, ἐκεῖ πολλὰ ἐκ τῆς ὀρχήσεως διανταλαμβάνει, τὴν Ἀλθαίαν, τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν Δηλὸν, καὶ πάλαισμα καὶ Ἡρακλέους πάλην, καὶ Σειρήνων γένεσιν, καὶ Ἐχινάδων ἀνάδοσιν· καὶ μετὰ τὴν μανίαν, Ἀλκμαίωνος οἴκησιν. ἔπειτα Νέσσου, καὶ Δηϊάνειρας ζηλοτυπίαν, ᾗ ἐφ' ἡ τὴν ἐν Οἴτῃ πυρὰν ἔχει καὶ Θρᾴκης πολλὰ τῇ ὀρχουμένῳ ἀναγκαῖα, τὸν

larum expers est, Daphnes fugam, Calliſtus ferinam uiolatam, Centaurorum temulentiam, Panos parentes, Alphei amorem, & Hyphali peregrinationem exhibens. Iam ſi oratione in Cretã deſcenderit, permulta inde ſumet ſaltatio, Europam, Paſiphaen, tauros utroſq;, Labyrinthum, Ariaden, Phædram, Androgeum, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi uaticinium, Talo, æneum Cretæ cuſtodem. At ſi in Aetoliam diuerteris, habet & illic non pauca quæ mutuò ſumet ſaltatio: Althæam, Meleagrum, Atalanten, Delum, fluminis cũ Hercule luctam, Sirenum procreationem, Echinadum retributionem, & poſt inſaniam, Alcmæonis habitationem: deinde Neſſum, & Deianiræ zelotypiam, cui applicanda eſt Herculis in Oeta monte pyra, & conflagratio. Habet etiam Thracia nõ parum multa ſaltanti neceſſaria: nempe Or-

τὸν Ὀρφέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν, καὶ τὴν λάλον αὐτοῦ κεφαλὴν, τὴν ἐπιπλέουσαν τῷ λύρᾳ, καὶ τὸν Αἷμον, καὶ τὴν Ῥοδόπην, καὶ τὴν Λυκούργου κόλασιν, καὶ Θετταλίαν ἢ ἔτι πλείω παρέχεσθαι, τὸν Πηλέα, τὸν Ἰάσονα, τὴν Ἄλκηστιν, τὸν πεντηκοντέρων νεῶν στόλον, τὴν Ἀργὼ, τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν, τὰ ἐν Λήμνῳ, τὴν Ἀπίδα τὴν, τὸν Μηδείας ὕπνον, τὸν Ἀψύρτου σπαραγμὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ παράπλῳ γενόμενα, καὶ μετὰ τοῦτον τὸν Πρωτεσίλαον, καὶ τὴν Λακεδαίμονα. ἐὰν δὲ τὴν Ἀσίαν πάλιν διαβῇς, πολλὰ μὲν ἀκούσῃ δράματα, ἐν μὲν Σάμῳ δίδυμα, καὶ τὰ Πολυκράτους πάθη, καὶ ἡ δυγατρὸς αὐτοῦ μέχρι Περσῶν πλάνη. καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἐν τῇ Ταντάλου φλυαρίᾳ, καὶ ἐν τοῖς παρ' αὐτῷ θεῶν ἐρίφοις, καὶ ἐν Πέλοπος ἐλεφαντίνῳ ὤμῳ αὐτοῦ. καὶ ἐν Ἰταλίᾳ δὲ, ἐν Ἠριδανῷ, καὶ Φαέθοντι,

pe Orpheũ, & illius factã à mulierculis dilaniationẽ, eiusq; caput loquens, idemq; unà cum lyra natans. Præterea Hæmum & Rhodopen, tum Lycurgi supplicium. Porrò Thessalia adhuc plura his subministrabit, Peliam, Iasonem, Alcestin, classem quinquaginta nauibus congregatam, Argo, & loquacem eius carinam. Insuper res in Lemno gestas, Aeetam, Medeæ somnium, Absyrti dilacerationem, tum omnia illa quæ inter nauigandum acciderũt. Post hæc autem Protesilaũ & Lacdamiam. Rursus si in Asiam postliminiò te contuleris, multam ibi inuenies fabularum copiam. Statim enim tibi occurret Samus, mox Polycratis calamitas, atque filiæ eius usque ad Persas erratio. Quin etiam hic adhuc antiquiora, nimirum Tantali loquax incontinentia, tum deorum apud eundem conuiuium, & Pelopis carnea depastio, eiusq; elephãtinus humerus. In Italia uerò Eridanum & Phaethon,

& po-

καὶ ἀδελφὰς θρηνῆσαι, καὶ ἠλέκτρου δακρύσαι. ἴσασι γὰρ δὴ τοιοῦτον καὶ τὸν Ἑσπερίδος, καὶ τὸν φύλακα τῶν χρυσῶν ἀπώμων δράκοντα, καὶ τὸν Ἄτλαντος μόχθον, καὶ τὸν Γηρυόνου, καὶ τὴν ἐξ Ἐρυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν. οὐκ ἀγνοήσει δὲ καὶ τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, ὅσα εἰς δένδρα, ἢ θηρία ἢ ὄρνεα ἠλλάγησαν, καὶ ὅσα ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο. τὸν Καινέα λέγω, καὶ τὸν Τειρεσίαν, καὶ τοὺς τοιούτους, καὶ τὸν Φοινίκην ἢ Μύρρα, καὶ τὸν Ἀσσύριον ἐκεῖνον τὸν θῆλυν καὶ μιξόμηνον. καὶ ταῦτα ἴσται, καὶ τὰ πάτρια δή, ὅσα μετὰ τὸν Μακεδόνων ἀρχὸν ἐτολμήθη ὑπὸ τοῦ Ἀντιπάτρου, καὶ παρὰ Σελεύκου, ὧν τῷ Στρατονίκης ἐρωτικὰ τὰ γὰρ Αἰγυπτίων, μυστικώτερα ὄντα, ἴσται μὲν, συμβολικώτερον δὲ ἐπιδείξεται. τὸν Ἔπαφον λέγω, καὶ τὸν Ὄσιριν, καὶ τὰς τῶν θεῶν ἐς τὰ ζῶα μεταβολὰς· πρὸ πάντων δὲ, τὰ περὶ τὰς ἐρω-

& populi lugentes sorores, & electrum lachrymãtes. Sciet eiusmodi quoq; Hesperidum, et custodem aurei fructus Draconem, & Atlantis laborem, & Geryonem, tum boum ex Erythia abactionem. Neque ignorabit omnes fabulosas formarum transformationes, quaecunque in arbores aut animãtes aut aues transmutatæ sunt, & quot ex mulieribus uiri facti sunt. dico autem Caenea, & uatem Tiresiam. Super hæc in Phœnicia Myrrham, & luctumillum Assyrium, qui geminus est. Et hæc habebit cognita, & ad hæc recentiora, quæcunque post Macedonum imperium ausus est Antipater, & Seleucus ob amorem Stratonices. Aegyptiorum quæ magis erunt arcana, cognoscet quidem, ea autem saltando repræsentabit significãtius Epaphum dico, & Osirim, præterea Deorum in animalia transmutationes. Ante omnia uerò ea quæ circa amo-

res

ἐργάται αὐτῶν, καὶ αὐτὴ τὸ Διὸς, καὶ ἃς ἐσχε γυναῖκας μνηστευόμενος, εἴοικε γὴ τῶν ἐν Ἅιδου ἁπάντων τραγῳδίαν, καὶ τοὺς ἔρωτας, καὶ τοὺς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίαις, καὶ τὰ Περίθου καὶ Θησέως ἄχρι εἰς Ἅιδου ἐπαφρίζειν, συμπλέκειν δὲ αὐτοῖς, ἐκ τῶν ὑπὸ τῆ Ὁμήρῳ γὴ Ἡσιόδῳ, καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ μάλιστα δὲ τραγῳδιοποιῶν, ἀγνοήσει. ταῦτα πανόν ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων τὸ πλῆθος ἀνειλόμην, τὰ λιφαιότατα δὲ τῶν ἐκλεκτῶν, τὰ ἄλλα πᾶσι τοῖς πανταχοῦ ἐξ ἀρχῆς γὴ μέχρι νῦν ἐπιτετηδευκόσι, καὶ τοῖς ἐπιγενησομένοις ἀνεπίσκεπτα καταλιπόντα, ἐπὶ τοῖς προειρημένοις, ἀπερίσκεπτα προχείρως, γὴ πρὸς τὸ καιρίου ἕκαστον τῇ ὀρχήσει προσαρμόσαι μέλλοντα γὴ προσλαμβάνοντα γὴδεν ἀναγκαῖον. ἐπεὶ δὲ μιμητική ἐστι, γὴ διὰ

res illorum uariè & mirificè contigerunt, quæq; de Ioue ipso feruntur fabulæ, tum in quascunq; facies semet transfigurarit. Omnem uerò inferorum tragœdiam tanquam digitos unguesq; suos tenebit, tum supplicium genera, & quæ cuiusq; causſa extiterit, & Piritboi & Theſei indiuulſam uſque ad inferos amicitiam: Vt autẽ uno quaſi faſce ſummatim perſtringam omnia, nihil quod ab Homero & Heſiodo, tum ab reliquis poetis eximijs et excellentibus maximè tragicis dictum eſt, ignorabit. Hæc ad modum pauca ex multis, aut potius ex innumeris iſtã ſyluam, rerumq; ſaltationi neceſſariarũ ſaltem capita alioquot percenſui. Reliqua uerò cum poetis, tum ipſis ſaltatoribus demonſtranda reliqui, ac tibi quoq; iuxta dictorum ſimilitudinem indaganda. Quæ omnia in numerato paratta ſaltatori reponenda ſunt, ut cum tempus exegerit; nullo negocio poßit expromere. Quoniam uerò Mimitatrix eſt ſaltatio; motibusq; & geſticula-

μαι τὰ ἀδόμενα ἀξίως ὑπο
χνεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῷ, ἐκφ
ὴν τοῖς ῥήτορσι, σκοπεῖσθαι αὐ
τῶν, ὡς ἕκαστον τῶν δεικνυ-
μένων ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι, μη
δεμιᾶς βραχυτῆς διαφευγούσης ἀλλ'
ἐκφέρηται πάντας χαρακτῆρας,
δεῖ τὸν διαφέροντα ἐρχησιν
καὶ ὑποκρίσεως ἔχοντα, καὶ μὴ λα
λεῖν ἐν τῇ ἐρχήσει δοκεῖν. ὁ δὲ
καὶ Δημήτριος ὁ Κυνικὸς
πολλῶν λέγειν ἐπιτιμῶν αὐ-
τὸς ἐμοὶ δοκεῖ διαφέρειν τῶν ὀρ-
χηστικῶν, λέγων τε πολλὰ καὶ
τῶν συρίττων καὶ τῶν κιτα-
ρῳδῶν πάντων τε τῶν ἐρχηστῶν
ἄνω, μοναῦλον αὐτὸν πρὸς τὸ
ὄρθιον συνιλοῦντα, κινούμε-
νον ὑ ἄλλου ἄλλως κίνησιν,
καὶ μάτην, ἀλλ' ἐκ τῆς κίνη τοῦ
προσώπου· ἐν δὲ ἀνθρώπων
τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα γε-
γυμνασμένοις, ὑδὲν ἔνεστι, καὶ
περιττὸν οὐκ ἐνεστί, πολλῶν ἐνῆ
τερπνῶν, καὶ τῶν ἀδόντων
οὐχ

tione ea quæ aniantur, se-
metexpressurum pollicetur,
summopere illi necessarium
est, (quod & rhetores facti
tare consueuerunt) ut per-
spicuitatem exerceat, ut unũ
hic quidem quòd esset Zenoni Aristæneti filio præceptor. Deinde Peripateticæ factionis Cleodemus: nosti hominem, nempe dicacem illum & argutum, atque ad refellendum instructū. Discipuli gladium ac bipennē nominant. Quem & Hermō aderat Epicurem. Verùm hunc, quum ingrederetur, Stoici toruis obtuebantur oculis, & auersabantur, paulatim; perinde quasi patriæ cidam quempiam atque impium ac funestum detestabantur. Et hi quidem tamquam Aristeneti ipsius antici familiares; fuerant ad cœnam uocati, quos comitabatur & Isthmius grammaticus, & Dionysidorus rhetor. Iam ueiò propter sponsum Chæreā unà cū illo ad cōuiuiū accessurum ille Platonicus, quòl ā iuueni præceptor esset, uir uenerādus aspectu, ac maiestatis quadam præ se ferens, multumq; dignitatis ipso ostentans ore: unde nōnulli propter animi constantiam ac rectitudinem, regulam illum appellāt. Hunc simul ut ingredientem, assurgebant

εἰσκαλεῖ τ πάντ ἀὐτῷ, καὶ ἐλθὼν ξενῶνι, ὡς τινα τῶν ἐρασθέντων ἀφικόμενον, ἐπὶ ἐπιδημίᾳ τὸ πρᾶγμα ἦν, ἵνα ὁ θαυμαστὸς συμπαρῇ. ἐπεὶ δὲ ἦλθε καὶ κατεκλίνοντο, ἀπάντων σχεδὸν παρόντων, ἐν δίφρῳ ὑψηλῷ καὶ σεμνῷ τινι καθεζόμενοι, καὶ γυναῖκες ἐκεῖ τ ἐλθοῦσαι τὸν ἀνεψιὸν ἐπλάβοντο, ἅμα δὲ ἦσαν, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη, πολὺν κεκριβῶσ ἐγκαλυπτομένη, ὑπὸ τ γυναικῶν περιεχομένη. εἰς δὲ τὸν αὐτὸν ἐβάδιζον ἅπαντες, ὡς ἕκαστος ἀξιοῖ ἄλλος καθ' αὑτόν· ἐν δὲ τ γυναικῶν, πρῶτος ἦν Εὔκριτος, ἔπειτα Ἀριστάνετος. ἔπειτα ἐνεδοιάσθη, πότερον χρὴ πρόσθεν Ζηνόθεμιν τ Στωϊκὸν, ἢ τιμιώτερον, ἢ Ἑρμώνα τ Ἐπικούρειον ἐξῆν γὰρ ἑκατέρου λαμβάνεσθαι· ἦν γὰρ ἱερεὺς τ Διοσκούρων ἐν τῇ πόλει. ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις ἔλυσε χρῆσιν· ἔφη γάρ μι, φησὶν, ὦ Ἀριστάνετε δεύτερον ἄξειν Ἑρμῶνα,

surgebant omnes, ac ueluti præcipuum quendam ac primarium hominem comitcr atque officioſè exceperunt: adeò ut planè numẽ aliquod aduenire uideretur, cũ adeſſet tun admirandus ille. Tãdem uerò cum iam omnes fermè cõuiuæ præſentes eſſent, tempus erat ut diſcumberetur. Itaque ad dextram ingreſſus, totam illam ſponſam mulieres (erant autem complures) occupabant. Inter quas erat ſponſa ſummo ſtudio culta, hinc atque hinc ſtipata fœminis. Porrò ex aduerſo oſtij altera turba, pro cuiuſq; dignitate locis diſtributis. Porrò eregionẽ mulierũ primo loco accumbebat Eucritus, ſecundo Ariſtænetus. Sub hæc ambigi cœptum, utrũ altero priorem oporteret accumbere, Zenothemim ne Stoicum, quippe ſenem: an Hermonẽ Epicureum: nã hic erat Caſtoris ac Pollucis ſacerdos: tum autem nobiliſſimæ inter ciues familiæ. Verùm eam hæſitationem ſuſtulit Zenothemis: Si mihi, inquiens, Ariſtænete, minoris ducis Hermonem, uiro

μανδρ, τοῖς τῶν ἀνδρῶν, ἵνα μηδὲν ἄλλο λοιδόρον εἴπω, Ἐπικούρειον, ἀπέρχομαι, ὑμῖν σοι τὸ συμπόσιον ἀπολιπών· καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει, καὶ ἀναίνεσθαι ἐφέρετο. καὶ ὁ Ἑρμῶν, ἔχε μέν, ἔφη, ὦ Ζηνόθεμι, τὰ πρῶτα, ἐφ. ὃς γὰρ εἰ μὴ μηδὲν τι ἄλλο, ἱερέα γοῦν σε ὑπάρξασθαι καλὸν ἔοικεν, εἰ μὴ τὸν Ἐπίκουρον πάνυ καταφρονοῖμεν. ἐγέλασε, φάντος δὲ τοῦ Ζηνοθέμιδος, Ἐπικούρειον ἱερέα, καὶ ἅμα λέγων, ἐπανεπαύετο, καὶ μετ' αὐτὸν ἦν ὁ Ἑρμῶν, εἶτα Κλεόδημος ὁ περιπατητικός, εἶτα ὁ Ἰων, καὶ ὑπ' ἐκείνῳ ὁ συμφιλόσοφος, εἶτ' ἐγώ, καὶ παρ' ἐμοὶ ὁ Διφίλου, μετ' αὐτὸν Ζήνων ὁ μαθητὴς, εἶτα ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος, καὶ ὁ γραμματικὸς Ἰστιαῖος. Φί. βαβαὶ, ὦ Λουκιανὲ, μουσεῖόν τι τὸ συμπόσιον ἡμῖν ἐδόκει σοφῶν ἀνδρῶν· καὶ ἐγωγε τὸν Ἀριστάνετον ἐπαινῶ, ὅτι τὴν δοκιμωτάτην ἑορτὴν ἄγων, τοὺς σοφω-

uidelicet isto, ut ne quid aliud mali dicam, Epicureo, discedo, totumq; conuiuium uobis relinquo. Et puerum protinus aduocat, discedere parans. Tum Hermon: Imò habeto, inquit, tibi priores partes Zenothemi. Quanquam etiam si nihil aliud, uel hoc nomine par erat mihi concedi, quòd sacerdos sim, ut planè contemnis Epicurum. Rideo, inquit Zenothemis, sacerdotem Epicureum. Simulq; cum dicto accumbebat. Post hunc Hermon. Deinde Cleodemus Peripateticus: pone hunc Ion, proximè hunc sponsum, post eum ego, iuxta me Diphilus, huic assidebat Zenō discipulus, postremò rhetor Dionysidorus cū Istiaeo grāmatico. PHI. Pape, Luciane, Musarum conuentum quendam mihi nanctus fuisse istud conuiuium, quippe plurimis sapientibus ac doctis uiris refertum. Ego uerò laudo Aristanetum, qui quum optatissimam illam ac splendidissimam solennitatem celebraret, præ

cæteris

φωτάτους ἰητρῶν περὶ τῶν ἄλλων ἐξέτασεως, ὅτι πρὸ τὸ διαφέρειν ἢ ἴσασιν αἱρέσεως ἀπάσης ἀπαυθαιρέτως, ἐκ τὸς μὲν, ἐκ τὸς δ' οὐ, ἀλλ' ἀνακρίσ ἅπασι. Λυ. ἴσε γὰ, ἔφη, ἐκ τῶν πολλῶν τοῦτον πλησίον, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἐμὲ μόνα κύτῳ, μὴ τὸ πλῆθος ἢ βίᾳ τοῖς πολίταις ξυώσειν. ἀριθμήσαντες δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ τὰ πρῶτα, καὶ παρασκευὴ ἦν πολυτελὴς πάνυ ἀληθῶς, καὶ παντοδαπή· καὶ γὰ τοῦτο καταλεῖπειν οὐκ ἐβούλοντο, χυμὸς μὴ πάρεστι, μὴ λιχανικός· ἅπαντα γὰ ἄφθονα, ἐν τούτῳ δὲ ὁ Κλεόδημος ἐπὶ τὸν ὦτα τὸν τοῦ παιδίου ἐπιστομίσας, ἴσθι, ἔφη, ὅτι ἐκεῖνον μὲν τὸν γέροντα, ὃν ἐθεώμεθα λίαν, οὐκ οἶδα εἰ ἐκεῖνος ἐμφορεῖται τῶν ἐδεσμάτων, καὶ ἀναπίπλησι γαστρὸς ἢ μάττων, καὶ ἐκ τῷ παιδίῳ τούτῳ ἐγγύς, λευκὸν καὶ ἁπαλὸν καὶ τὰς ἄλλας, ἢ μιαρὸν καὶ τὰ μετ' αὐτόν; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ, ὡς μηδὲ τοῦτο λανθάνειν ἡμᾶς διαφαγὼν ἢ ὀλίγον ἐδάφιον λίπῃ

cæteris ſapientiſſimos uiros adhibere uoluerit: idq; adeò delectis ex unaquaque philoſophiæ ſecta præcipuis, non hos aduocans, illos præteriens, uerùm promiſcuè uocans omneis. LVC. *Is uerò nequaquam eſt è uulgaeorium iſtorum diuitum numero, uerùm & literarum eſt ſtudioſus, ac maximam uitæ partem in his rebus uerſatur. Cœnabamus igitur inã tiò quidem taciti & quieti, uerumq; erat apparatus, & omnijugus. Neque enim arbitror operæprecium ut numero recenſeam etiam illa condimenta, cupedias, aromata, atq; id genus illectamenta. Cũcta ſiquidem affatim ſuppetebãt. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ionis aurem ore: Nõ uides, inquit, ſenem illum, Zenothemin dicebat (ſubauſcultabam eoim) ut ſeſe opſonijs ingurgitat, utq; iure ueſtè oppleuit: tum ẽ multa puero à tergo ſtãti porrigit, putãs interim ſe aliorũ oculos fallere: neq; meminit poſt ſeſe accumbentiũ. Hæc igitur fac & Luciano commonſtres, quò teſtis eſſe poſſit. Mihi*

ἑαυτὸς μετ' ἴσης, πολὺ πρὸ τοῦ χρόνου αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖς ἐμοὶ προεῖδον. ταῦτα δὲ εἰπόντος Κλεοδήμου εἰσῆλθεν, καὶ ἐπιπίπτει τοῖς Ἀλκιδάμαντι καὶ Μενελάῳ κυνικοῖς· καὶ τὸν μὲν Ἀλκιδάμαντα οὐκ ἐπῃνοῦμεν ἐπὶ τῷ ἐπιτηδεύματι· τὸν δὲ Μενέλαον ἐπῃνοῦμεν ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ ἐλθεῖν ἐπὶ δεῖπνον οὐ κεκλημένον. τοῖς μὲν γὰρ πολλοῖς ἐπιτρόπως καὶ ἀπρεπῶς ἐδόκει χρῆσθαι τῷ σκώμματι· καὶ εἴ τῳ ἐπῆλθε τῶν παρόντων, ἐπὶ τοῦτον ἐστρέφετο· τὸ δὲ τοῦ Μενελάου ἐπὶ καιρῷ τινὶ καὶ ἐπὶ μετρίῳ ἐδόκει τῷ ἀδελφῷ ἐλθεῖν. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐσιώπων· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἐπεσκώπτετο, καὶ ἐπῃνοῦμεν ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ ἐλθεῖν. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐσιώπων· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἐπεσκώπτετο, καὶ ἐπῃνοῦμεν ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ ἐλθεῖν.

uerò nihil ione monſtratore opus erat: quippe qui hæc multo antè lunis iam oculis prænideram. Hæc ſimulatque dixiſſet Cleodemus, irruit in conuiuium & Alcidamum Cynicum: atque ille quidem inuocatus, uulgatū illud feſtiuitatis gratia præfatus de Menelao, qui ultrò ad fratris conuiuium acceſſiſſet. Itaque pleriſq; turpiter atque impudenter uſus eſt ſeniſſe: & quod cuiq; tū forte in mentem ueniebat, in eū torquebant: alius illud, Inſanis Menelae. —

Alius rurſum,

Verùm h Agamemnoniæ mentì non iſta placebit.

Adhæc alia quæ pro tempore falſè lepideſq; dici poterant, in eum obmurmurabant. Nam palàm nullus audebat quicquam dicere, propterea quòd meruerent Alcidamantē, utpote conuiciatorem egregium, unūq; è Cynicis omnibus clamoſiſſimum: quæ quidem re adeò uſus eſt reliquis antecellere, ut nulli non eſſet formidandus. At Aristaenetus collaudatum illum quòd inuocatus aduenisſet, iuſſit accepta

καθίσθαι παρὰ Ἀριστάνῳ τινὶ τῶν Διονυσιδώρου. ὁ δὲ, ἄπαγε, φησὶ, γυναικῶδες λέγεις καὶ μαλθακὸν, ὥσπερεὶ καθίσθαι ἐπὶ κλινιδίου, ὥσπερ ὑμᾶς, ἀλλὰ μαλακοῖς στρώμασι δυσὶ μικρῷ ἄνωθεν ὑπερκειμένοις ἐρείδοντα, περὶ ὑμῶν ἐπιβιβλικότας. ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἐρρωτικώτερον ἀριστήσομαι, ἐμπρίπατῶν ἔτι τῇ συμπόσιῳ, εἰ δὲ μή γε λήσομαι, κατακλιθεὶς ἐπὶ τὸν τρίβωνα ὑπολαβόμενος, λίθου μοι ἐπ' ἀγκῶνος, οἷον ἡ Ἡρακλῆς γράφουσι, ἔστω, ἵνα γιγνώσκω, ἐάν τι παίνῃς, εἴτε ἐπὶ δεξιὰ κατὰ τὰ ἔπη τίθη, ἐν ἀριστερᾷ ὑπτίῳ ὁ Ἀλκιβιάδης ἐκείνῃ, ὥσπερ οἱ Σκύθαι, περὶ τὰ ἀφόρητα νομὰς μεθέστηκε, τῇ τοῦτ' ἀεὶ φερόμενος ἔφη συμπεριφορῶν. τῇ μὲν τοι τῇ ὑπτίᾳ, ἐνοχλοῖτ' ἄν, χρυσὸς περὶ τῇ κοιλίᾳ μεταξὺ διῃρημένῳ, τῇ δὲ τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀπωσαμένῳ πᾶσαν. ὁρῶντα γοῦν τὸν Ἀριστάνδρου, τί βούλονται αὐτῷ αἱ

accepta sella iuxta Isthmeum ac Dionysidorum accumbere. At ille: Apage, inquit, muliebre quiddam ac molle dicis, uti in scamno aut sella sedeam, quemadmodum facitis uos, mollibus instratis penè supini recũbentes, purpura suffulti. Quin ego tibi uel stans cœnauero, in ipso interim cõuiuio etiam obambulãs. Quòd si defatigatus fuero, tum humi substrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem uidelicet Herculem pingunt. Ita fiat, inquit Aristænetus, siquidem isthuc mauis. Sub hæc Alcidamas in orbem cõuiuium lustrans, cœnabat, Scytharum ritu ad uberiora pascua sub inde sese transferens, unáq; cum bis qui inferebant edulia, circumiens atq; obambulans. Atque interim tamẽ dum cibũ caperet, haudquaquã negocio uacabat, de uirtute obiter, de uitio disserens, tum in aurum atque argentum dicteria iaculans: iamq; Aristænetum percontabatur, quidnam sibi uellent

tam

τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα λύχνους, τῶν λυχνείων ἐκ δυναμένων, ἀλλ' ἐπάνω μέγα ὄντα, ἀνδρὶ διαφθαρῆναι ἐπιόντι τε τὸ πρῶτον Ἀριστάνετον, τῷ πάνυ νοῦντα, σύμφυτον σπουδὴν ἐκείνῃ διώκοντα αὐτῷ, βαθύτερον ἐγχέαντα, καὶ μάλιστα ἐπιτείνοντα τὸν οἶνον, ἐπὶ πλεῖστον ἐκείνῳ ἐπιτήδειον καὶ ἐπιτερπῆ καὶ ἐπιθυμητὸν (λαβὼν δὲ ἄμα καὶ Ἀλκιβιάδης, ἡσύχιον μικρὸν, καὶ τὸ τέλος ἐπιβαλὼν ἑαυτὸν, ἔκειτο ὑμνούμενος, ὅτε παρὰ ἑταλίνην, πίξας τ' ἐγκῶμα τὸ ἐρῶν, ἔχων ἅμα τ' σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, εἶτα ὁ πρὸς τῷ φίλῳ Ἡρακλῆς τὸν τ' γραφέα διώκων. ἄλλα δὲ καὶ τὸ τὰς ἄλλας σωμάτων πόρνους βάτον ἐν ἀγορᾷ, καὶ φιλοσοφοῦντα καὶ ἐμπλέον, καὶ φῶς ἐκ σκευοπώλου κέμινον, ἐν τούτῳ δ' ἐγὼ τὸν παρεστῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα, εὐπρεπῆ ὄντα ὡραῖον, ἰδὼν ὑπομειδιῶντα (καὶ γὰρ, εἶμαι,

tam multa, tam magna pocula, quum non minus usui possent esse fictilia. Verùm Aristænetus tam obturbantem, molestumq; esse pergentem, in præsens quidem cõpescuit, ministro innuens, ut ingentem calicem, infuso meracissimo uino, illi porrigeret. Atque id quidem uino sum est optimè excogitasse, nondum etiam intelligens quantorum malorum is calix esset auctor futurus. Hũc igitur ut accepisset Alcidamas, aliquantisper silẽtium agebat, ac solo sternens sese cubabat seminudus, quemadmodum factarum sese fuerat pollicitus, cubito humi fixo innitens, simulq; dextra scyphum sustinens, qualem Herculem apud Pholum pictores effingunt. Iam uerò & inter alios cadix assidue circumagebatur: tum inuitatiunculæ ad bibidum, & confabulationes ortæ, demum & lucernæ illatæ. Interim ego cum puerũ qui iuxta Cleodemum adstabat (erat autẽ is pocillator egregiè formosus) subridentẽ uidissem (nam, arbitror,

μαι, ἡ δοκῶ παράδοξα ἱστόρη-
κεναι, ἀπάντων, καὶ μάλιστα, εἴ τι
ἐστὶ τὸ γλαφυρώτατον ἐκφέ-
ρειν) μάλιστα ἔδει παρεφύλαττεν
ὅ τι καὶ μεταδιώκει, καὶ μικρὸν με
τέωρον. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξε, ὡς ἐπὶ
ἀνθρώπῳ καὶ παρὰ τὰ κλισία
τῷ Κλεοδήμῳ, ἐφ' ᾧ τὸν τι δάκ
τυλον ἀναβλίψαι αὐτῷ, καὶ δρα
χμὰς δύο, οἶμαι, συναγείρουσι
μετὰ δὲ φιάλης ἐπεῖτ' ἐφ' ἧς ἐπὶ
ἐφ' ᾧ τὸν δακτύλου ἐλευθέρου
μόνου ἐκτείνασθαι, ἐμοὶ συνή
δετο, οἶμαι, τὸ νόμισμα, ὡς τι
μὲν διέκειτο, ψόφον οὐ δύ
νάμενον παρασχεῖν ἐκπεσὸν
σαι. καὶ ὑπερθορύβου ἅμα μέ
λλοντος ἔσεσθαι, ἐπείπερ ἐφ' οἷς
ἐγένετο μὲν κρεσπεμένοις πᾶσι ἀπό
ψοφος, ὁμιλεῖν δ' ἂν, καὶ πρὸς
ἕνα τοῦτο, ἐκ πάνυ πολλῶν

arbitror, quicquid obiter in
ter cœnandum obtigit, com
memorari oportere, maxi
mè si quid sit elegantium ac
scitè factum) iam admodum
attèius obseruare cœpi quid
nam rei rideret. Ac paulo
pòst accedebat puer tanquã
calicem à Cleodemo rece
ptiurus. At ille simul & digi
tum illius substringebat, &
drachmas puto duas unà cũ
calice tradebat. Porrò puer
ad substrictum digitum rur
sus arridebat: cæterùm de
pecunia, quum non sensisset
opinor, eóq; non reciperet,
in terrã delapsis drachmis
strepitus est cõcitatus, moxq;
ani o pariter rubore suffun
debantur, idq; ita palàm, ut
nemo non animaduerteret.
Ambigebatur igitur inter
eos qui proximè sedebant,
cuius nam essent illi nummi,
cum & puer negaret à se
proiectos, & Cleodemus
item, iuxta quem strepitus acciderat, sibi excidisse dissi-
mularet. Verùm ea res tum neglecta est, ac consulto
omissa, propterea quod id quòd acciderat, nõ ita multi
dissent,

λόγου, πλὴν μόνου, ὃς ἐμοὶ δοκεῖ, τῷ Ἀρισταινέτῳ. μετίωμεν γὰρ τὸν παῖδα μικρὸν ὑφόρων ἀφανῶς ὑπεξαγαγών, καὶ τῷ Κλεοδήμῳ τινὰ παραστῆναι δίκαιον τῶν ὑβρεων ὑδὸν καὶ λυπρῶν, ὑπωπάμενον τινὰ ἢ ἱππικόμορον. καὶ τοῦτο μὲν ὁδὸς πως ἐπιχειρήσει, μηδένος ἀντισχόντος αὐτῶν τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἰσχὺν διαφυγὼν ἅπαντας εἰς ἅπαντας, ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ γε αὐτίκα, δεξίως καὶ τὸν Ἀριστοίνετον τῶν πλησίον ἐπιγνώσεται. ἐλαυνέτω δ' Ἀλκιδάμας (ἐπίτηδες γὰρ ἤδη) πυθόμενος, ἢ τις ἡ γαμουμένη παῖς ἐκάλεσε, σιωπῇ τὸ πρᾶγμα γελᾶς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἅπαν βλίψας ὡς τὰς γυναῖκας πρέπον ἐστί, ἔφη, ὦ Κλεοδήμε, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου, ὃς δ' ἐγένοντο ἐν τοῖς ἀνδράσι δ' ἐγκαλέσαντι, ἔστιν, ὦ καθαρμέ, ἢ τῇ νύμφῃ πρόπινον, ἀδελφὸς ἐμὸς πόρρω δὴ τοῦ Ἡρακλέους; καὶ μὴν οὐ διδόναι χρὴ, ὡς ὃν μὴ λάβῃ παρ' ἐμοῦ τὴν συνοῦσαν, ἢ πεντ-

dissent, præter unum (ut mihi quidem visum est) Aristænetum. Nã is paulo pòsse pueram loco mouit, clanculum ablegans, & alij cuidã innuit ut Cleodemo pocillator assisteret, uidelicet ex exoletis illis ac robustis mulionì aut equisoni cuipiam. Ad hunc modum ea res ut cunque abijt, summum alioqui allatura pudorem Cleodemo, siquidem ad omnes permanasset, ac non protinus occupans Aristænetus cã sopisset, ciuiliter & extrẽmo admodum inducta simulatione. Cæterum Alcidamas (iam enim potus erat) percontatus quódnam esset nomen puellæ nubentium clara uoce indicto silẽtio, simul & ad fœminas conuerso uultu: Præbibo, inquit, tibi Cleanibi, Herculis Archegetæ nomine. Sub hæc cum risissent omnes: Eadẽ, inquit, sacrilegi, quòd sponsæ Herculis dei nec nomine propinauerim? Imò illud scito opus est, ni fyphum à me

0015783

ωιῶν & αὖ ὑὸς αὐτῷ γίνεται, οἷος ἐγώ, ἄτρωτος & μὴν ἀλκὴν, ἰλαύνειός & δι' ἄλγους γυμνὸν, τὸ σῶμα δι' εὐτονίαν λαμπρὸς, ἢ ἅμα παρ' ἡμῶν ἀπιὼν μᾶλλον, ἄχρι πρὸς τὸ ἄωρον ἥβην, αὖθις ἂν τοῖς τέκνοις ἱκανὸν εἰς συμπότην, καὶ ἐς ἀγῶνας ἱκανὸς ἀναφῆναι, ἀρτίως μὴ πω ἀφειμένον βλέπων, καὶ ὅλως ἂν κάτω ἀγκῶνα ἄξιον τέχνης. ὁ δ' αὖ τις & πεφυκὼς τῇ λαγαρότητι, ἀπὸ μικρᾶς λαγόνος εἰς μικρὸν ἐκπεπιεσμένος πλακοῦς ἀμυγδάλου, πρὸς ἐν ἀναβλύσας, ἐρρωμένος ἐγένετο, καὶ ἰλαρὸς ἐν συμποσίοις, καὶ πολὺ μᾶλλον ἂν ἡδὺ, καὶ βέβαιος μισεῖν ἐν τῷ συμποσίῳ. ἐ μὴ γὰρ ἐκνενεύσαμες, ἐ ῥέπομεν πρὸς, ῥέπομεν τινὰς ἐν μέσῃ δίκῃ, καὶ ἐκνεύειν ἀπὸ τραπέζης ἑαυτὸν ἐποιοῦμεν εἰκότως. ἐ δὲ ἰσχιὰς & ὁ γραμματικὸς ἐρραψῳδεῖ, ὑγιὴς & λαγαρόμηρος, καὶ εὐρὺς ἐς τὸ αὐτὸ τὰ πανδάκτα καὶ

à me traditum accipiat, nũquam futurum ut illi filius obtingat talis, qualis ego sum, uirtute interritus, animo liber, tum corpore adeò robusto. simulq; cum dicto sese magis etiã renudabat, etiam usq; ad illa quæ sunt maximè pudida. Ad ea cum iterum arrisissent conuiuæ, ingnatus ille surrexit, tertium iam aiq; efferatis obtuẽs oculis, nullúq; ipso testante iam neq; pacem neque quietem cessurum amplius. Tonsilem & baculum ilissset alicui, ni commodum id tempestiuis placenta prægrandis fuisset illata. Nã hanc simul atque corripuit, leuior ac mitior esse cœpit, ac stomachari desyt, cluamq; ulcus interim, ac placentam auidè uorans. Iam uerò plerique tenulenti esse cœperant, & clamoribus undiq; perstrepebat conuiuiũ. Nam & Dionysidorus rhetorẽ illic agens, orationes quasdã prenũciabat, laudabaturq; à ministris qui à tergo assistebant. Et Ilsieum Grammaticum uicissim qui post illũ accũbebat, uersuum cẽtiones quosdã recitabat, Pindari, Hesiodi,

Ησιόδε καὶ Ανακρέοντος, ὡς ἂν ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγγέλοιον ἀπεργάζοιτο, μάλιστα δ' ἐκεῖνα, ὥσπερ περὶ τῶν μελλόντων καὶ τὰ μίλωνα,

Σὺν δ' ἔβαλον ἀσπίδε. καὶ,

Τότε δ' ἄρ' ἀϊσσητι, καὶ ἀνὴρ ἀνδρὶ μάχηφι.

ὁ Ζηνόθεμις δ' ἀσυγίνωσκε, παρὰ τῶν παλαιῶν λαβὼν λιπόγραμμόν τι βιβλίον, διαλιπόν τὸν Δι ἐλίγον, ὡς περ εἰώθασι, τῶν παραπαιζόντων τὰ ἴδια, μαχεσάμενός τε Αριστάνετος καὶ μικρὸν ἐκεῖνον ἀτρεμεῖ τὸν λαιμὸν ἔνδον, μικρὰ ὑγιὲς, ἐκίνδυνον τὸν γελωτοποιὸν, ἀναλαβόντα γε ἑαυτῶν τι ἢ πρᾶξαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον αἱ συμποσίαι διαχυθεῖεν. καὶ παρόλεγόν τις ἄμορφός τε ἅμα καὶ ὀξυκέφαλος καὶ τὼν λιφαλὼ, ἐλίγας ἐπὶ τῇ λιφαλῇ τρίχας ἑβδὰς ἔχων, εὖτε καὶ ἀρχήσαιτο, διαπηλῶν ἑαυτὸν καὶ διαστρέφων, ὡς γελοιότερος εἴη.

Hesiodi, et Anacreontis carmina simul contexens atque consarcinans: ita ut ex omnibus unicam redderet cantilenam, oppidoq; ridiculã, in primis autem illa, perinde quasi uaticinans de his quæ postea acciderunt,

Commisere simul clypeos.

Tum illud quoque:

Tum uerò clamorq; uirum luctuq; coortus.

At uerò Zenothemis libellulum quempiam minutis conscriptum literulis, à puero acceptũ legebat. Verùm quum q quorum partes erãt edulia inferre, aliquãtisper, ita ut solent, cessarent morarenturq;: Aristæneum i sedulò curans ne uel id interea temporis aut otiosum esset, aut uoluptatis expers, accersitum intrò morionem iussit ridiculum aliquid uel dicere, uel facere, quò magis etiam exhilararentur conuiuæ. Moxq; ingressus deformis quidam, deraso capite, pauculos capillos in uertice gestans, eosq; crista in morẽ erectos, hic saltabat, atq; inter saltandũ, quò maiorem conciteret risum, rotatu sese circumagebat, distorquebatq;. Tum cymbalo concusso,

νάρδ@ φωνάν, καὶ αὐάπαυσα συγκρουσῶν διεξῆλθε, λίγυ-
πλιάζουσα τῇ φωνῇ· καὶ τέλ@, ἐπέσκωπτε τοὺς παρόντας.
οἱ μὲν οὖν ἄλλοι γέλωτι, ἐπεὶ τὰ σκαφίδιον, ἐπὶ δὲ καὶ ἐπὶ τὸν
Ἀλκιδάμαντα ὁμοιόν τι ἐπῆρε ψόφον, Μελιταῖον λυσσίδιον πρὸς
σκώπτων αὐτὸν, ἀγανακτήσας ἐκεῖν@ (καὶ πάλαι δὲ δῆλος
ὢν φλοιῶν αὐτῷ ἀνδεικνύμενος, καὶ μαντίχωλι οὐ συμπόσιον)
ἀποῤῥίψας τὸν τρίβωνα, παρεκαλεῖτο τοὺς παγκρατιάζειν, εἰ
ἦ μὴ, μικτίσειν αὐτὸ ἔφη τὸν βακτηρίαν. ὅτου δὲ ὁ μακαλᾶς
μὸν Σατυρίων (τοῦτο γὰρ ὁ γε-
λωτοποιὸς ἐκαλεῖτο) συνῆκε
ἐκαγκρατιάζει. ἦν τὸ πρᾶγμα
ἀποβλέψασθαι ἄξιον, φιλόσοφ@
ἀνὴρ, γελωτοποιῷ ἀντικρίμε-
ν@, καὶ παίων, καὶ παιόμε-
ν@ ἐν τῷ μέσῳ. οἱ παρόντες
δὲ, οἱ μὲν ἐκάλλυνε, οἱ δ' ἐγέλων,
ἄχρι ἀπαγόρευσεν παιόμεν@
ὁ Ἀλκιδάμας, καὶ συγκρου-
σθεὶς ἐκαλάγησε

concussō, sonabat interim quiddam, linguam imitans Aegyptiorum. Postremò dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderant. Ac reliqui scommate tacti ridebãt uerùm ubi & in Alcidamantem simile quiddam torsisset, catulum illum Melitæum[k] appellans, indignatus ille (iamdudum autem præ se ferebat quòd inuideret illi, dum probaretur, ac conuiuarum oculos retineret) abiecto pallio, ut secũ luctaretur prouocauit. Quod ni faceret, hunc, inquit, baculum tibi impingam. Atq; ita miser ille Satyrion (nam id erat morioni nomen) cõgressum cum eo, pancratio decertabat. Erat id spectaculi multo iucundissimum, quippe cum uiderent hominem philosophum cum morione compositum, cùm ferire, & uicissim feriri. Proinde qui aderant, partim pudore tangebantur, partim fidebant: donec iam ictus Alcidamas, pugnam detrectaret, ac homuncione omnium plausu comprobato

δάς. γίλως ἐν πολὺς διεχύθη
ἐπ' αὐτοῖς. ἐνταῦθα Διόνικος
ἐπανῆλθε ἰατρὸς, ὁ πολὺ μα
τίων ἢ ἀγῶνος· ἐβεβραδύνει
δὲ, ὡς ἔφασκε, φρενίτιδι ἑαλω
κέναι βεβραδύνειν Πολυπρέπον
τα τὸν αὐλητὴν, ἐμέ τε γελᾶν
ἐποιήσατο· ἔφη μὲν γὰρ ἀπελ-
θεῖν πρὸς αὐτὸν, ὡς αὐλοῖς ἐχέ-
μενον ἤδη τῷ νόσῳ· τὸ δέ τε
χνης ἀνεῳγότα, ἐπικλῆσαί
τε τὴν θύραν, καὶ ξιφίδιον σπα
σάμενον, ἀποκλάσαι αὐτῷ τὰς
αὐλὰς, ἐκκαύσαι τ' αὐλεῖν. εἶτα,
ὡς μὴ ἀνύοιτο, πατάξαι, σκύ
τῳ δ' ἐχρῆτο ἐς ὑπόθεσιν τῆς χρό
ας. τέλος δ' ἦν, ὃ τοιούτῳ ἐπ
ἀνάγκῃ προσκλίνασθαι αὐ-
τὸν ἐδόκει ῥητῷ πληγῶν ἀριθ-
μῷ. πρὸ πρώτου μὲν αὐτὸν
αὐλῆσαι πατάξας, μετὰ δὲ τὸ
φαλέντα τὰς αὐλὰς ἐκδύναι, δὶς
ξηῆσαι πρὸς αὐτῷ τὸ σκύτος,
πρὸ τοῦ ξιφιδίου ἐπιβρίψαι τά-
χιστα διὰ τῆς φωταγωγῆς τὸ

certamine superatus. Hæc igitur cũ essent nõ mediocri risu excepta: ibi tandem ingressus est Dionicus medicus, haud multo post peractam concertationem. Aiebat autẽ in mora fuisse Polyprepontem tibicinem, dũ hunc phreneſi correptũ curandi gratia uiseret. Ac pka nè quiddam risu dignũ commemorabat. Dicebat enim, in ædes illius uenisse sese, ignarum etiam, hominem iã eo morbo teneri. At illũ protinus surrexisse: foribusq; occlusis, ac nudato gladio, tibias ipsius sibi tradidisse, ijsq; uti canere iussisse. Deinde ubi id non posset, illum percussisse, scuticam sublata manu gestantem. Sese porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse commentum, nè pe ad canendi certamẽ prouocasse hominem: idq; ea lege, ut uictus præscriptum certumq; plagarum numerum acciperet. Ac sese priorem cecinisse, præuè atque imperitè: deinde traditis illi tibijs, scuticam ab illo recepisse: gladium autem extemplò per fenestras in arcam abie-

ὑπαίρων δὲ αὐλῆτε, ἢ τί ἀπὸ τούτου, ἀσφαλίσασθαι ἔδοξε πρὸ πολλοῦ αὐτῷ, ἐπικαλέσασθαι τοὺς γειτνιῶντας, ὑφ' ὧν ἀσκεπάστων τὸ δυρίον, καὶ τραῦμα αὐτόν. ἐλάμβανε δὲ καὶ σημεῖα τῶν πληγῶν, καὶ ἀμυχάς τινας ἐπὶ τῷ προσώπῳ. ἢ ἐπὶ Διόνικος ἀπὸ μέσου ἀνέκλινε μόνος τῷ γειτνιάσει ἐπὶ τῇ δεξιᾷ, πλησίον τοῦ ἑστιάτου παραβύσας ἑαυτὸν, ἐλάττονα ἴσως λαβών, ἐν αὐτῷ τοῖς τισὶν ὑμῖν ἐπιτηδείοις, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μετὰ τοῦτο γιγνομένοις, παρελθὼν γάρ τις ἐς τὸ μέσον εἰπέτης, παῤ Ετεοκλέους ἥκειν λέγων τοῦ Στυπιῶ, γραμματίδιόν τι ἔχων, ἐλαθέσθαι οἱ ἔφη τὸν ἀπόστολον ἐν τῷ πείνῳ ἀναγνόντα, εἰς ἅπασιν ἄπασιν, ὅτιον οὐδὲν ἀπελάττεσθαι. ἐφίστο δὲ τῷ Δεσπότου, προσελθὼν πρὸς τὸ λύχνον, ἀναγίγνωσκεν. Φίλε πᾶν, ὦ Λυκῖνε, εἰ νόμφιος ἐπαύμεθα, ἢ ἐπιβαλάμεθα, εἶτα

abiecisse. Dein cum minore iam discrimine cum illo luctaretur, auxilio aduocasse uicinos. Eos reuulsisse belluam, atq; ita illorum opera seruatum sese. Ostendebat autem & plagarum uestigia quædam, nonnullaq; in facie tubera liuentia. Ergo cum Dionicus ob huiusmodi fabulam non minus placuisset, quàm morio ipse: proximè Lyciæum reclinãs sese, de reliquis cœnabat. Atque hic quidem haud absque numine quodam nobis aduenerat, imò prorsum usui futurus ad ea quæ postea contigerunt. Nam prodiens in medium cõuiuium puer quidam, qui se ab Etæmocle Stoico uenire diceret, epistolium quoddam adferens, aiebat ab hero sibi mandatum, ut eo palàm omnibus audientibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebat. PHI. Num orationem, Luciane, in sponsæ laudem compositam, aut carmen nuptiale, quod genus

πολλὰ ποιῶσιν; Αν. ἀμέλει, μὴ ἡμᾶς τοιοῦτόν τι οἰήθῃς μὴ, ἀλλ' ὅλως ἐγγὺς ἦν τούτου· ἐνεγέγραπτο γάρ· Ετοιμοκλῆς φιλόσοφος Ἀριστανέτῳ. Οσῶν μὴ ἕκω πρὸς ἅπαντα, ἱκανῶς λυπεῖ με βίος ἅπας μαρτύριον ἂν γένοιτο, ὅτι γε δυσμίμητα πολλῷ ἐνεχλοῦσιν, παρὰ πολὺ σὲ πλουσιωτέρους, ὅμως οὐδὲ πώποτε φόρον ἡμετέρῳ ἐπέθηκαν, οὐδὲ τοῖς ὠνὴ τοῖς συμπίνουσι δορύβους πρὸ παροινίας, ὧν σὺ δὲ μόνος ἁπάντων ἀγανακτοῦσί μοι δοκῶ, εἰς τὸ αὐτὸν χρόνον ἐκ' ἐμοῦ λιπαρῶς πεθραυόμενος, ἐν ὀξίνοις ἐναριθμῶσθαι μοὶ τοῖς ἄλλοις φίλοις· ἀλλὰ μόνῳ ἐγώ σοι ἄμεμπτος, πρὸ τούτου, ἐμοῦ γέ τινων εἰπεῖν. καίτοιγε ἐν ὧδί σοὶ τὸ πλέον, ὅτως ἀχαρίστῳ φανεῖσι· ἐμοὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία ἔκ ἐν ὀὐκ ἀγρίᾳ μείρᾳ, ἢ λαγῷ, ἢ πλακοῦντι, ἢ πρὸ ἄλ-

permulta faciunt? LVC. Videlicet nos quoque tale quippiam existimabamus. Verùm ne accedebat quidē ad id, ut aiunt. Cæterùm in literis ita scriptum erat: Etæniocles philosophus Aristæneto: Quàm non mouear cõuiuijs, omnis anteacta uita mea fuerit testis, qui quidem quũ quotidie mihi complures ea caussa molesti sint, te multo ditiores, tamẽ haud unquam illis morem gessit perpendens nimirum, quantum sit in eiusmodi computationibus tumultus, quantũ licentiæ, petulãtiæq; : uerùm aduersus unum te mihi uideor meo iure stomachatus, qui tantum temporis à me officiosissimè culeus & obseruatus, tamen indignum habueris, quem uel inter reliquos amicos tuos numerares, sed solum ex omnibus præterieris, idq; quum uicinus essem. Proinde tua caussa magis discrucior, qui quidem te tam ingratum præbueris. Nam ipse felicitatem nequaquam in hoc statuo, si quis mihi impartiat uel suem syluestrem, uel leporem, uel placẽtam: quæ mihi affatim contin-

λοις ἀφθόνως ἀπολαύω, τὰ πα
ρόντα εὐλόγως, ἐπεὶ καὶ τάχι-
στα παρὰ τῷ μαθητῇ Σαμμί-
ᾳ δεῖπνόν σοι πολυτελὲς, ὥς
φασι, πλούτου διωκόμενον, ἐκ
κενεῶν ἐπιζάδευτι, σοὶ δὲ αὐτὸ
τοῦτο ἱκανὸν φυλάττων. σὺ δ'
ἡμᾶς παραλιπὼν, ἄλλους δὴ
χαῖρ', εἰπόντος· ἐγὼ γὰρ οὐδαμῶς
διαφορᾶς τοιαύτης, οὐδὲ τῶν
λαλουμένων φαντασίαν ἔ-
χω. ἀλλὰ εἰπέ μοι τοῦτο
πρὸς τῶν θαυμασῶν σου
φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος καὶ
Λαβυρίνθου, ὧν (ἀφθόνου δὴ τοῦ
φράσαι) συλλογισμῷ γοῦν ἐπι-
σχεῖν μοι δόξαις ἂν τὰ
στόματα. ἢ ἐπέστω τις αὐτῶν, τί
ἐστι φιλοσοφία, ἢ τὰ πρῶτα
τούτων, τί διαφέρει ἕξις ἑ-
ξεως, ἵνα μὴ τὰ ἀπόρων ᾖ πλέ-
α, τί λοξαντινὸν ἢ σωρίτου, ἢ δι-
αλυτικὰ λέγω. ἀλλὰ σὺ μὲν
ἴναιο καὶ τῶν· ἐγὼ δὲ, ὡς σὺ
μόνων τὰ καλὰ ἀγαθὰ ἡγοῦ-

contingant apud alios, qui officia norunt: quandoquidem etiam hodie, quū apud discipulum Pammenem cœnare mihi licuerit lopiparā (ut uocant) cœnam, non annui tamen uehementer obsecranti, tibi scilicet demens ego memetipsum reseruans. At tu nobis præteritis, alios accipis conuiuio. Idq; meritò facis: neque enim ullo modo potes quid sit rectius dignoscere, nec apprehensiuā illam phantasiam habes. Cæterùm haud sum nescius unde mihi ista sint profecta: nempe ab egregijs istis philosophis tuis, Zenothemide ac Labyrintho: quibus equidem (absit inuidia dicto) uel unico syllogismo mibi uideor os protinus obturare posse. Alioqui respondeat istorum aliquis, quid sit philosophia, aut hæc quæ inter elementa traduntur, quid habitio differat ab habitu: ut ne quid interim de perplexis illis rogationibus proponam, quid sit syllogismus in cornutus, quid acerualis, quid metens. Verùm tu quidem istis fruaris licet. Nam ego qui solum in bonis ducā

μὲν ἄνω, οἷον ἐχθὲς τῶν ἀστραίων. διὰ τι ἔφης μὴ ἐν καιρῷ ἔχειν διαφεύγειν τὴν ἀπολογίαν ὕστερον, ἐπιλαθόμενον λέγων ἐν τοσούτῳ θορύβῳ καὶ πράγματι, δίς σε τέμενος προσαγόρευκα καὶ ἱερέα καὶ ἐν τῇ κλισίᾳ, καὶ ἐν τῷ ἀναπαύεσθαι ὕστερον. Ἰδοὺ τοίνυν τὴν παρὰσιν ἀπολλόγημα, ἃ δὲ δέκτυ ἔνεκα ἀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τί διαπρὸς τὴν Οἰνέως ἐπίνοιαν ἦλθε γὰρ καὶ τῶν ἄρτι μὲν ἀγωνιστόντων, ἔτι μόνον οὐ τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἐνθάδε καὶ τῶν θυσίαν, τὸν δὲ ἕνα τῶν ἐκεῖθεν, ὃν ἐγὼ περὶ αὐτῶν ὀλοφύρομαι.

ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐνόησε, θάασσον δὲ μίγη θυμῷ.

καὶ Εὐριπίδης·

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας πέλας πίτυς χθονὸς,
Ἐν αὐτομίσθοις πεδίοις ἔχουσα δώματα.

quod sit honestum, facile tuã lero contumeliam. Atqui ne posis posthac adistam excusationem confugere, ut dicas te mei oblitum fuisse, nimirum in tanto rerum strepitu, tenticq; occupationibus: bis te hodie sum allocutus, primùm mane domi tuæ deinde rursum in Castoris ac Pollucis tempio rem diuinam facientem. Ac his quidem de rebus hæc respõderim. Quòd si tibi ob cœnæ gratia successerit, aut Oeneo acciderit [illegible] Videbis nimirum ipsam Dianam indignantem, quod ille se solam non adhibuerit ad sacrificium, cum reliquos deos omneis acciperet conuiuio. Nam hac de re sic alicubi meminit Homerus:

Seu quia non norat, seu nõ succurrerat illi,

Acriter est offensa tamen.

Item Euripides:

Calydon quidem hæc Pelopeij regio solis
Qua parte sæuũ spectat aduersa fretum,
Agros habens tum diuites, tum fertiles.

Rursum

015783

καὶ Σοφοκλῆς·

Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύας
Ἄγριον Λατοῦς παῖς, ἐπιβλητὴν θεός.

Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα παρεβαλόμην, ἵνα μάθῃς, οἷον κύδρα παραλιπών, Διφίλῳ ἑταῖρε, καὶ τὸν ὑὸν αὐτῷ παραδιδοὺς, εἰδότα σὲ γὰρ ὄντα τῷ μειρακίῳ, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ συόντα. ἃ δ' μὲ αἰσχύνην ἂν ἐμοὶ λέγειν τὰ τοιαῦτα, καὶ σοῦ τι προσήκοντα, ἐπόψει, εἰ θέλεις, παρὰ Ζωπύρου τοῦ παιδαγωγοῦ μάθοις ἂν ἀληθῆ ἐμοῦ δὲ σιγὴν παρέξεις ἐν γάμοις, δοὺς διαβάλλειν ἄλλους, ἢ μάλιστα ἐφ' οὗτος αἰσχρῶν αἰτίαις. καὶ γὰρ ὁ Δίφιλος ἄξιος, οὐδ' ἤδη μαθητάς μοι ἀπεσπακώς· ἀλλ' ἐγὼ γε φιλοσοφίαν αὐτοῦ ἕνεκα σιωπήσομαι. προσταξα δὲ τῷ οἰκέτῃ τούτῳ, ἤν δίδῃς αὐτῷ μοῖράν τινα ἢ συὸς ἢ ἐλάφου, ἢ ἐκκαιδεκάτου, Rurſum Sophocles:

Immanis apri triſte monſtrum in Oenei
Immiſit agros gnata Latonæ dea,
Docta eminus miſſis ferire ſpiculis.

Hæc tibi è plurimis pauca citaui, ut intelligeres cuiuſmodi præterito uiro, Diphilum ad cenã adhibeas, cui & ipſi filium commiſeris tuum. Idq; rectè. Eſt enim iucundus adoleſcenti, & ita cum eo uiuit, ut placeat, atque obſequatur: atque adeò ni mihi turpe dictu fuerat, addidiſſem & aliud quiddam: quod quidem tu, ſi libebit, è Zopyro cum pædagogo uerum eſſe cognoſces. Verùm non conuenit obturbare in nuptijs, neque accuſare quenquam: præſertim criminibus uſque adeò fœdis ac pudendis. Tametſi Diphilum dignum in quem facerem, quippe qui duos iam diſcipulos à me retraxerit: ego tamen ipſum philoſophiæ cauſſa reticebo. Porrò famulo huic mandaui, uti ſi quam partem dare uelles uel apri, uel cerui, uel placentæ, mihi

ὡς ἐμοὶ δοκεῖμεν, καὶ αὐτὶ τῆ δείνα ἀπολογία γένηται, μὴ λαβῶν, μὴ κὴ δόξειμεν ὠθεῖ τέτῳ πεπομφέναι. Τέτων, ὦ ἑταῖρε, ἀναγιγνωσκομένων, μὲ ταχὺ ἱδρὼς τέ μοι πρόσιχεν ὑπ' αἰδῦς· κὴ ἅτε δὴ τὸ λεγόμενον, χανεῖν μοι τὴν γῆν ἐνεχόμην, ἐρῶν τὰς παρόντας γελᾶν ἑφ' ἑκάστῳ, καὶ μάλιστα, ὅτε ἤδεσαν τὸν Ἐτεοκλέα, πολιὸν ἄνδρα, κὴ σεμνὸν ἄνω δοκοῦντα. εἰκάσαιμεν ἂν εἶναι ἂν διαλάθοι αὐτὸς, ἐξαπατῶμενος τῷ πώγωνι, καὶ τῇ τοῦ προσώπε ἐντάσει. ὁ γὰρ Ἀριστάνετος μοι δοκεῖ ἀλλως μὲ ἐμοὶ λάθρᾳ παρεδῶν αὐτὸν, ἀλλ' ἅτε οὐ πολλὰς ἐλευθερίας ἐπινοῦσα, ἀλλ' οὐ ὑποπτεύων ἴσως τὸν τοιόνδε τινὶ, οὔτε τὰ ἀλλὰ πάντα ἀφελῶ παραδόντα ἐᾷν, καὶ ἂν ὑποσκάπτειν ἐπιχειροῦντα σεσωγιγνώσκειν, τὸ μὲν συμπεριπατῆσαι εἰς τὰς ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα καὶ Διφίλον

deportandam, ut iſthoc pacto te mihi de cœna purgares, ne reciperet, ne ad hoc ipſum à nobis miſſus fuiſſe uideatur. Hæc, amice, quum legerentur, ſudor interim utiq; mihi manabat præ pudore, ſimulq; iam illud quod uulgò dici ſolitum eſt, optabam, [n] ut terra mihi debiſceret, quum uiderem eos qui præſentes aderant, ad ſingulas epiſtolæ partes inter ſe ridentes: potiſſimùm autem bos qui nouerant Etæoclem, uirum canum, tantumq; ſeueritatis præ ſe ferentem. Admirabantur igitur, quòd eiuſmodi uir eſſet, hactenus fugiſſe ſeſe, barb. uidelicet ac uultus auſteritate deceptos. Cæterùm Ariſtænetus mihi quidem haud uidebatur hominem cõtemptu negligentiæ ue præteriiſſe, uerùm quòd deſpectaſſet, ſi fuiſſet inuitatus, unquã adduci poſſe ut annueret, utiq; ad eiuſmodi res ſe morigerum præberet: eoq; ne tentandum quidem eſſe putaſſe. Ergo poſteaquam puer iam legere deſiiſſet, uniuerſum cõuiuiũ in Diphilũ ac Zenonẽ torquebant

ἀπέβλεπον, διδυμέτας καὶ ἀχθεσθέντας, καὶ τῇ ἀπορίᾳ τῶν προσώπων ἐπαλλοδόκους τὰς ὑπὸ τῆς Ἐτεοκλείας διατυφομένους. ὁ Ἀριστάνετος ἦν ἐν τοιαύτῃ παραπλησίως ἔχων, καὶ θορύβου μεστὸς ὤν, ἐκέλευε δ' ἡμᾶς πίνειν ἅμα, καὶ ἐπετρέπετο δὲ διατίθεσθαι τὸ γιγνόμενον, ὑπομειδιῶν ἅμα. καὶ τὸν οἰκέτην ἀπέπεμψεν, εἰπὼν ὅτι ἐπιμελήσεται τῶν παρ' ἐλίγων ἦν, καὶ ὁ Ζήνων ὑπεξανέστη ἀφανῶς, τῷ παιδαγωγῷ κελεύσαντι ἀπαλλάττεσθαι, ὡς διαλυσόντι τὸν πατρὸς ὁ Κλεόδημος ἦν, καὶ πάλαι τινὰς ἀφορμὰς ἐζήτει (ἐβούλετο γὰρ συμπλακῆναι τοῖς Στωικοῖς, καὶ διαῤῥήγνυτο, ἐπεὶ ἔχων ἀρχὴν οὐδεμίαν) τότε δή τινα εὐπρόσωπον παρασχόντος ἐπιστολῆς, ταύτης, ἔφη, ἐξαρχέσει καλὸς Χρύσιππος, καὶ Ζήνων ὁ θαυμαστὸς, καὶ Κλεάνθης, ῥηματία δύσλωτα, καὶ ἰσταμένας μόνον, καὶ σχήματα τῶν φιλοσόφων, τὰ δ' ἄλλα,

bant oculos, quòd hi iam metu trepidi sederẽt, ac palli di, ipsaq; uultus incõstantia ac perplexitate crimẽ agnoscentes ab Etæmocle intentũ. Porrò Aristænetus quanquam esset sanè perturbatus, uehementerq; cõsternatus animo, tamen nos iubebat bibere, conans nimirum id quod euenerat, commodè uertere, subridens interim: ac puerum redire iussit, respondens ea sibi curæ fore. Paulo autem pòst surgẽs, & Zeno clanculum sese abduxit è conuiuio, submonitus à pædagogo, ut discederet, innuente, idq; tanquã patris iussu. Ibi uerò Cleodem⁹, qui iamdudũ occasionẽ quærita bat (nã gestiebat omnino cũ Stoicis conflictari, uerùm di rumpebatur quòd non reperiret causſam ad id satis idoneã) tũ igitur ansam præbẽte epistola: Huiusmodi inqt,

facit egregius ille Chrysippus, & Zenõ ille mirabilis, neq; non Cleanthes, uerbula misera, neq; quicquam præter rogationales, & umbras duntaxat philosophorum: cæterùm

Ετεοκλῆς δὲ πλάττει, καὶ οἱ ἑπόμενοι, ἐράτι ἐπὶ τοῦ θρασέος τινὸς καὶ τολμητίου, οἷόν ἐστι, Λρισταίνετος, Ετεοκλῆς δὲ, Αρτεμις. Ηράκλεις, εὔφημα πάντα, καὶ ἱερᾶ πρήσσοντα, νὴ Δί', ἔφη ὁ Ερμῆς ὑπερπετακούφως· φαυλία γάρ, οἶμαι, ὑμῖν ἐστὶν ἐπιτηδεύειν Αρισταίνετῳ ἐς τὸ δεῖπνον, ὅτι τι ἐν ἄκαιρον ἦτε μιμνῄσθαι τῆ Καλυδωνίᾳ· ἀλλὰ πρὸς Ενίων, ὦ Αριστάινετε, φήμην ὑπεκτάχισαι τῶν ἀπαρχῶν, μὴ καὶ φθόνον ἐμβάλῃ τινὶ λιμῷ, ὥσπερ ὁ Μελέαγρος ἀπόμενος ραιδίως, καί τοι ὀλίγα ἂν κάλλιστα δαπάνης· ἀδιάφορα γὰρ ὁ Χρύσιππος τὰ τοιαῦτα ἡγεῖται. Χρυσίππου γὰρ μιμνῄσκεσθε ὑμᾶς (ἔφη ὁ Ζευξίθεμις, ἐπιγάμους ἑαυτοῖν, καὶ φθεγξάμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ) ἢ ἄρ' ἐνίοτε οὐδὲν, ἐν ἐνθυμήματι φιλανθρωπεύεσθαι, Ξενοκλείδης ἢ γεωμέτρην τὸν Κλεάνθην ἢ Ζήνωνα, ὀρθὸς

Eteocles sunt plerique omnes. Videris quam & ipsa epistolae graues sint ac serenes. Postremò Aristaenetus hic Oeneus est, Eteocles Diana. Dij boni, quàm bene auspicata omnia, quãque congrua celebrandae festiuitati. Ita per Iouem, inquit Hermon, supra hũc accumbens: inaudierat, autè, ut opinor, aprum quendam Aristaeneto paratum, ut in conuiuio proponeretur, eoq; putabat non intempestiuè factam mentionem apri illius Calydonij: at per Lares Aristaenete, fac quamprimũ sacri partè mittas, ne senex interim ille fame pereat, tanquam Meleager tabefactus. Etsi. Tametsi nihil queat acerbum accidere, quandoquidem Chrysippum haec indifferentia censet esse. Itáne uos Chrysippum nominatis? inquit Zeuxithemis, erigens sese, maximaq; uoce intonans: An ex uno homine, qui non legitimè philosophiam exerceat, nempe praestigiatore isto Eteocle, Cleanthem ac Zenonem

metio

σηρὸς ἄνδρας; εἶτινες ὑμεῖς ἦτε ὑμᾶς, ἐρώτα ταῦτα; οὐ γὰρ τὸν Διοσκόρων ὑὸν εἶναι, τὸν Ἑρμωνα, τὸν πλεκτάνας τρι-χίλιχαρνας, χρυσᾶς ἔχοντα, ἣν ἀλόντος μοι λόγου, παραδοὺς τῷ δημίῳ· σὺ δὲ τὸν Σωκρά-τους γυναῖκα τῷ μαθητῇ ἐμοι-χεύσας, ὦ Κλεόδημε, καὶ λαθεῖν τὰ δόκησιν ἐπαίδευσας; ἢ σιωπήσεσθε ἄρα, τοιαῦτα συν-πεπαμένοι κύκλῳ; καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἐγὼ τ' ἐμαυτῷ γυναῖ-κα, φησὶ τὸν Κλεόδημον, ὥσ-περ σὺ τῷ ἑτέρου μαθητῇ λα-βὼν τὸν τοῦδε παραπλέκε-ται, ἐκεῖνος ἔμοιγε λαβὼν τὸ πε-λιτόν μοι ἀπέφησε. δεῖ ἔστ' τινὶ τοιούτου δραχμὰς δανεῖσαι, ἢ δεῖ ἄγχω τὸν μαθητὰς, ἢν μὴ λαβὼν μισθὸν ἀποδῶσι τὸν μισθόν; ἀλλ' ἐκεῖνο, ἔφη ὁ Ζωνό-θεμις, ἐκ ἂν ἔχοις γένοιτο, μὴ οὐχὶ φάρμακον ἀποδιδόναι κρί-τωνι ἔστ' τὸν πατέρα, ἢ ἅμα τοῦ πίνειν, ἢ ἐπεὶν τοῦ λοιποῦ ἐν

nistimini, uiros sapientes? At qui tandem estis ipsi uos, qui haec dicitis? an non tu Hermon Castoris & Pollucis caesariem, quam habebat auream, circuntondisti? Cui-us quidem facti paenã dabis, carnifici traditus. Tu porrò Cleodeme, non'ne Sostrati discipuli tui uxorem stupraisti? Nónne in adulterio eo deprehensus, nefandissima passus es? An non igitur flebitis, cum hunsmodi dedecorum uobis sitis conscij? Atqui non sum meae ipsius uxoris leno, Clodemus inquit, quemadmodum tu: neque discipuli diuersantis apud me uiaticum fustuli, quis deposuerat, eoq; facto rapuisse me per Palladem deierans abnegaui: neq; quaternis drachmis fœnero, neque discipulos obtorto collo in uincula duco nisi in tempore mercedẽ persolucrint. Verùm illud, inquit Zenothemis, haudquaquam possis inficias ire, te Critoni uenenum, quo patrem necaret, ministrasse. Atq; interea fortè bibebat: quicquid autem erat

ἐν τῇ κύλικι, τὸ ἥμισυ σχε-
δὸν, διαστασιάσας αὐτοῖν.
ἐπίλαιον δὲ ἦν ὁ Ἴων ἐκ γεω-
τέρου, ἐν κύκλῳ ὤν. ὁ μὲν
οὖν Ἕρμων κατέχυσε μὲν ἀμ-
φοῖν ἐξ ἴσου τὸ ἄκρατον, πρεσ-
βύτερος, καὶ τοὺς παρόντας ἰσορο-
πῶν, οἷα ἐπιτάδειος, ὁ Κλεό-
δημος δὲ (ὁ γὰρ ἄχρι κύλικα) ἔτι
σφαρὰς προσέπαιόν τι τῷ Ζω-
πύθημιν, καὶ τῇ ἀριστερᾷ τῷ πώ-
γωνος λαβόμενος, ἔμελλε παί
ειν διὰ κόρρης· καὶ ἀπέπαυ
σεν ἂν τὸν γέροντα, εἰ μὴ Ἀρι-
στάνητος ὑπέσχε τὴν χεῖρα, καὶ
ὑπερβὰς τὸν Ζωπύθημιν, ἐς τὸ
μέσον αὐτοῖν ἐνέπιπτε, ὡς
διαῤῥῆξαι, ὑπὸ διατειχίσματι
αὐτοῖν εἰρήνῃ ἄγεσθαι. ἐν ᾧ δὲ
ταῦτα ἐγίνετο, πολλὰ, ὦ
φίλων, ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν ἐνε-
νόουν, τὸ πρῶτον μὲν, ὡς ἀ
θλον ἐφάνη ἄρα ἐπίστασθαι
τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα καὶ
τὸν βίον ξυνείη πρὸς τὸ βελ-
τίων. ἐπεὶ γὰρ πρεσβύτης ἐνε-

erat in calice reliquum (erat autem fermè semiplenus) in duos illos profundebat. Porrò conspersum est pariter & Ion, idq; præmij tulit, quòd illis vicinus accũberet, alioqui eo malo non indignus. Hermon igitur demisso vertice merum è capite abstergebat, eos interim qui præsentes erant, attestans, quòd id genus contumelijs esset affectus. Cleodemus autem cum non haberet calicem, invadens primùm conspuebat Zenothemin: deinde læva comprehensum à barba, plagam in tempus erat illisurus: ac senem fortasse] necasset, ni Aristæneius dextram sublatam retinuisset. Ilmox transcenso Zenothemide, inter utrunq; medius assedit, ut eo veluti muro diremptì, pacem inter ipsos agerent. Hæc igitur dum gerebantur, Philon, equidem varia meo cũ animo volvebam. Primùm illud statim occurrebat, nullum esse operæpretiũ, si quis disciplinas perdiscat, ni simul & vitæ rationes ad id quod est optimũ, accõmodet atq; componat: cũ videret illos

qui

ταις ἐν τοῖς λόγοις ἑώρων γίλωτα ἐπὶ τοῖς πραγμάτων ἐφλο
σκάνοντας. ἔπειτα δ' ἐσήει μοι,
μὴ ἄρα τὸ ὑπὸ τ πολλῶν λεγό
μενον ἀληθὲς ἦ, ἢ τὸ παιδευ-
δοῦσθαι ἀπάγειν τ ἐρῶν λε-
γομένων τοὺς ἐν μόναις βιβλίοις,
καὶ τοὺς ἐν ἐκείνοις φροντίδας
σωνιχῶς ἀφορῶντας. τοιγάρτοι
γοῦν φιλοσόφων πλήθους, ἀλλ'
οὐδὲ τυχὸν ἕνα τινὰ ἐξ ἁπάν
των ἐώρων ἐν ἐκείνῳ, ἀλλ' εἰ μὴ
ἐπαίσιον πάσχοι, εἶδ' ἕλκοιεν ἀ-
σχίαν· ἐδοκεῖ γοῦν εἰς τ αὖθις ἐπι
κινδύνου ἄγειν τὰ γιγνόμενα,
λογιζόμενος εἰκὸς ἐπιμελῶς
ἀσκεῖσθαι τοὺς μὴ ἀπαιδεύτους ἐγγιγ
νομένους. εἰσέρρεπε δ' ἐμοὶ τὸ πρᾶγ
μα, καὶ εἰ μὴ ἰδιῶται παρόντες
παύειν ἐπειρῶμεθα, ὅτι παρεῖναι
τοῦτ', ὅτι ἀσχημονοῦσθαι ἐφαίνε
τ' αὐτοῖς ἐγίλωτα μόνον, οὐ κατα
γίνωσκεν αὐτ, εἶμαι, ὅτ γε ἐ-
θαύμαζον, εἰμένεί τινας εἶναι
ἀπὸ τ σχημάτων. οἱ δὲ περὶ τὸν

qui uerbis alios antecellerẽt, quàm facilis ipsis sese ridiculos exhiberent. Deinde et illud ueniebat in mentem, ne forte uerum esset quod uulgò plerique dictitarent, uidelicet eruditionem à recta ratione bonisq; institutis abducere istos, qui solos libros spectarent, quiq; solicitudine curaq; quam illi afferrẽt, perpetuò tenerentur: quandoquidem quum ibi tã multi præsentes essent philosophi, ne casu quidem ullum erat cernere à peccando immunem: uerùm aly faciebãt turpia, aly dicebant turpiora. Neq; enim iam poteram eorum quæ fiebant culpam uino auctori imputare, mecum reputans cuiusmodi essent quæ Etæmocles neque cibo neq; potu etiamdum gustato scripserat. Ita rerum uice præposterè atq; inuersè uidebantur. siquidẽ uidisses idoneos illos summa cũ modestia conuiuiũ agitantes, neq; uino petulãtes, neq; indecorè sese gerẽtes: at ridebãt duntaxat & iam damnabant eos opinor, quos dudũ suspexerant, ex habitu iudicantes eos alicuius esse precij. Contrà sapientes illi,

δείλγιστον, καὶ ἀλλοδιρρόητος, καὶ
ἀπροσηγόρευτος, καὶ ἀκα-
ρέγιστος, καὶ οἱ χεῖρας ἤνεγκον.
ἀλλὰ θαυμάσατε δὲ Ἀλκιδάμαντα, καὶ
ἐπιφανῆ τῷ μέσῳ, ἐπ' ἀκλίσεως
ἐκ γυναικῶν. καὶ ἐμοὶ μὲν
οὖν, εἴ τις ἐκ τύχης ἐπάκουσεν,
ἐμπίπτειν ἔναι τὰ ἐν συμπο-
σίῳ, οἷς περὶ τῆς Ἔριδος οἱ ποιη-
ταὶ λέγουσιν· ἐγὼ γὰρ ἀκηκοέναι μὲν
οἶμαι τὸν ἐπὶ τοῖς τοῦ Πηλέως τὸν γάμον, εἰ
ψόφου τὸ μέγιστον ἐς τὸ συνδεῖπνον
ἦν, ἀφ' ἧς τοσοῦτος πόλεμος
ἐπὶ Τροίᾳ γεγένηται. καὶ ἐστὶ
μυθολόγος τούτων ἀλλαχοῦ μοι, τῶν
ἐπιτηδείων ἐμβαλὼν ἐς τὸ μέ-
σον, ὡς πόρρω τι μᾶλλον, ἀπὸ μείζονος
Ἰλιάδος ἄρχεσθαι. ἐγὼ γὰρ ἐπεθύμουν εἰ ἀμφὶ τὸν
Ζηνοθέμιν καὶ Κλεόδημον φι-
λονικοῦντες, ἐπεὶ μέσος αὐ-
τῶν ὁ Ἀρισταίνετος ἐγένετο, ἀλ-
λὰ νῦν μὲν ἴσως ὁ Κλεόδημος
ἐκεῖνον, ἂν ἀκηχέμενοι ἀμει-
βῆς ἔπεσι, φεύγων δὲ ἀμυνῶ-
μαι ὑμᾶς, ἢν τινα καὶ χρὴ

illi, & in libidinẽ ferebantur, et cõuitijs certabãt, et supra modũ esse potu cibisq; explebãt: postremò uociferabãtur, et ad manus usq; cõserendas rapiebantur. Caterùm admirandus ? ille Alcidamas, etiam meiebat sub oculis omnium, nihil reueritus fœminas. Ac mihi quidem, si quis hæc quæ in eo conuiuio gerebantur, rectissimè uoluisset conferre, simillima uidebantur ijs quæ de Eride deæ poetæ fabulãtur: nempe hanc, quòd non esset ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium conuiuium abiecisse, ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortum. Itidem Etæmocles mihi uisus est epistola illa quasi malo quopiam in medium proiecta, nõ minus malorum, quàm Ilias habebat, excitasse. Neque enim finem contentionis facibãt Zenothemis ac Cleodemus: quanquã medius inter utrũq; intercesserat Aristænetus. Age, inquit Cleodem⁹, impræsentiarum quidẽ satis est si literas nescire conuincamini: sed crastino die uos ulciscar quib. cõueniet modũ.

σρίτην. ἐπίκρινά μοι ὦ Ζηνόθεμι, ἢ σὺ, ἢ ὁ κομψότατος Διφίλου, διατί, τὸ ἀδιάφορον ἀναλέγεσθαι τῶν χρημάτων τίθη τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἁπάντων σπουδῆς, ὡς πλείστου κτήσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἀεὶ τοῖς πλουσίοις ἐνεῖναι λόγον, καὶ δανείζειν, καὶ τοκογλυφεῖν, καὶ δεῖσθαι μισθοῦ διδάσκειν, πάλιν αὖ τῶν ὄψων μετέχοντας, καὶ τὸν ἐπικούρειον διαστρέφοντας, ὡς τὰ ἡδέα ἡμῖν μὴ παρέχειν, ἀναγκαιοτάτων δέ τις μὴ δεῖσθαι σπεύδειν, εἰ δὲ μὴ δεῖται, τοσοῦτον μὴ διαστρέφειν φυσιοδιωτοσοῦτον δὲ τοῖς οἰκέταις ἀπονέμειν, καὶ ἅμα λέγων, τίνι ἐδέσματι προσφέρῃ τὸν πυκτίνην, ὃν ὁ παῖς ἔχει τοῦ Ζηνοθεμιδου, μικρὸν ὄσον παντελῶς ἁψῶν. καὶ ἅμα λέγων, νῆμα αὐτῷ μέλλῃ, ἀποβρίπτειν αὐτὸ εἰς τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ εἴα, διαστρέφων αὐτὸ ἐμέλλησε. καὶ ὁ Ἕρμων,

modis. Respõde mihi Zenothemi, uel tu, uel elegãtissimus iste Diphilus: quia tãdem gratia pecuniæ possessionẽ inter indifferentia ponendã esse censetis, cum ex omnib. nil aliud spectetis, quàm ut ipsi quãplurimum pecuniæ possideatis, atq; ob id causſæ semper apud diuites hæretis, fœneratis, atq; usuris incumbitis, neq; nõ mercede docetis? Rursum cur uoluptatẽ detestemini, atq; hac de causſa Epicureos in ius uocetis: cũ ipsi uoluptatis gratia, turpissima tum facitis, tum patimini: indignè ferentes si quis uos non uocarit ad cœnam. rursum si uocemini, nõ sat est tantum uorare ut cibo turgeatis, nisi & famulis tantum donetis. Atque hæc cum diceret, pariter & linteum reuellere conatus est quod Zenothemidis puer tenebat, omni carminum genere refertũ: planeq; futurũ erat, ut apertũ illud ac solutum medium in solũ abjiceret, nisi quia puer non omittebat è manibus, gnauiter aduersus trahentem retinens. Hic Hermon:

Euge

ὦγε, ἔφη, ὦ Κλεόδημε, ἀπάτησόν τινα ἡδονῆς ἕνεκα ἀλλήλους ὑπερβάλλειν, εἰ τοῖς ἄλλοις ἀξιπιστότερος ἦν, ἀλλὰ σύ, ἦν δ' ἐγὼ ὁ Ζηνόθεμις, ἀποκρίνου Κλεόδημε, καθ' ὅ, τι ἂν διαφέρειν ὑγιῆ τὴν πλεῖστην. ἔμοιγε, ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς ὦδε πολὺ τὸ τοιοῦτον εἶναι, ἕως ἂν ἐγὼ τὸν προκείμενον ἐς τὸ ἐμφανέστερον, παύσωμαι, ἐφ' ἑαυτοῦ γὰ, ἐπιτρέπω, λόγων ἀφορμὰς ὑμῖν ἀξίων δὲ παρόντας ὑμᾶς ἐντεῦξ ἐκ τοῦ μέσου, ὑμεῖς δὲ ἀφιλονείκως ἐρᾶτε, καὶ ἀκούσεσθε, ὥσπερ ἐμοὶ καὶ παρὰ τῷ ἑταίρῳ Πλάτωνι ἐν λόγοις ἐν πολλοῖς διαπρίβῃ ἐγένετο. πρὸς τοῦτον ἀπένευσαν οἱ παρόντες, καὶ μάλιστα οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀριστόνυμον τὸν περὶ Ἐλικῶνος, ἀπαλλάξασθαι δὲ ἀνάγκη ἔτι γὰρ ἐλπίσασθαι, καὶ μικροῦ δεῖν τὸν Ἀριστόνυμον ἤδη τὸν αὐτῶν τόπον, ἐκλιπόντα γιγνῶσθαι ἐλπίδας, καὶ ἅμα ἀσυκινήμενον ὑμῖν τὸ ἐντεῦθεν ἀναμαξόμενον ἀπὸν-

Euge Cleodeme, respondeat qua gratia dãnent uoluptatẽ, cũ ipsi supra cæteros omnes studeãt uoluptati. Quin magis, inqt Zenothemis, tu Cleodeme respondeto, quãobrem diuitiũ inter indifferentia numeres. Imò tu potius. Atque hunc ad modum diutius est altercatũ, donec Ion capite tandem in apertũ prolato, Desistite, inquit. Ego, si libet, sermonum argumenta proponam in medium, conuiuio nuptijsq; digna. Vos porrò citra contentionem uicissim & dicite, & auscultate: quemadmodum & apud Platonem nostrum alternis dicendi uicibus res uplurimũ agitatur. Id dictũ probabant cùm omnes qui aderant, tum in primis Aristænetus atq; Eucritus, nimirum in spem erecti fore ut eo pacto ab odiosis illis contentionibus discedi posset. Et Aristenetus priorem in locum sese recepit, iam partã esse pacem ratus. Iamq; nobis inferebatur ea cõuiuij pars, absolutam cænam

uicant,

δαπάνην μὲν ἀφεῖς ἑκάστῳ, καὶ ὑρίνας νέας, καὶ λαγῶα, καὶ ἰχθῦς ἐπ ταγλίνι, καὶ σπαμιῶτας, καὶ ἔνια ἐντραγῆ, καὶ ἄλλα ἀκριφίδια ταῦτα. πρεῖ πατὸ δὲ ἐχ ἓν ἑκάστῳ κεῖσθαι, ἀλλ' Ἀριστωνίτῳ μὲν καὶ Εὐκρίτῳ ἐκεῖ μιᾶς τραπέζης κοινὰ, καὶ τὰ παρ' ἀὐτῷ ἑκάτερον ἐχέτω λαβεῖν· Ζηνοβίμῳ δὲ τῷ Στωικῷ, καὶ Ἑρμάνι τῷ Ἐπικουρείῳ, ἡμίσεια κοινὰ καὶ τούτοις· ἔπειτα ἑξῆς Κλεοδήμῳ καὶ Ἴωνι, μετ' ἐκείνους δὲ Διφίλῳ καὶ ἐμοὶ, τῷ Διφίλῳ δὲ τὰ ἀμφοῖν· ἐγὼ γὰρ Ζήνωνι ἀπολελοίπειν. καὶ μέντοι καὶ τοῦτον ὑπὲρ Διφίλου δεῖ ἔχειν καὶ ἐν αὐτοῖς χρήσιμον εἰς τὸν λόγον.

ΦΙ. μεμνήσομαι δέ. ΛΥ. ἐ τοί νυν Ἴων· πρῶτόν σοι ἄρξομαι, ἔφη, ἐκ δεκάς. καὶ μικρὸν ἐπισχὼν, ἐγὼ μὲν ἔφη Ἴωνι, ἔφη, τοιούτων ἀνδρῶν παρόντων πρὸς ἰδιῶν τι καὶ κοσμάτων ἀνδρῶν,

uocant, singulæ singulis auer, carnes aprugnæ, pulpa leporina, piscis Tagenicus, placentæ: breuiter, illa quæcunque liberum est seu uelis in aluum condere, seu domũ asportare malis. Apponebatur igitur non sua cuique quadrula, uerùm Aristæneto atque Eucrito eadem in parte mensæ una amborum communis, ita ut de sua uiri que parte quæ se spectarent, esset edendum, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico & Hermoni Epicureo, & his item inter ipsos communis. Deinceps Cleodemo atque Ioni. Post hos spõso ac mihi. Perrò Diphilo duorum pars apposita, propterea quòd Zenone iam discesserat. Hæc facito Philon uti memoria teneat. nam paulo pòst ad intellectum narrationis erunt usui. PHI. Meminero sanè. LVC. Tum Ion: Primum igitur exordiar, inquit, si quidem uidetur. Deinde ubi paulisper interfluisset: Conueniebat, inquit, fortasse, ut apud eiusmodi uiros de idea, atq; incorporeis subAaaa stantijs,

πᾶν, καὶ ψυχῆς ἀθανασίαν, ἵνα δὲ μὴ ἀντιλέγωσί μοι, ἐκ τῶν μὴ διὰ ταυτὰ φιλοσοφοῦντων, περὶ γάμου ἐρῶ τὰ δόκοντα. τὸ μὲν οὖν ἄριστον ἦν, μὴ δεῖν γαμεῖν, ἀλλὰ παιδοποιεῖσθαι Πλάτωνι καὶ Σωκράτει, παραλειπόμενον μέντοι γε εἰ τοιοῦτοι ἀντιλογικοὶ ἄνδρες ἀφειστήκεσαν τῶν ἀφροδισίων, ἐπὶ δὲ δεῖ μὴ γυναικὸς γάμου διὰ τὸ Πλάτωνι δόξαι τὰ τοιαῦτα, πείσας ἄνδρα ἐκείνων τὰς γυναῖκας, ὡς ἐξ ἴσης ζῆλος ἐμπέσοι. γίνεται οὖν τέτταρες ἐγένοντο, ὡς ἐν ἑκατέρῳ διειλόμεθα. Διονυσόδωρος δέ, ὁ πάππος, ἔφη, βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄσεις; ποῦ γὰρ ἐκεῖνον εὑρήσομεν τὸν ζῆλον οὗτινα, καὶ παρὰ τίνι; καὶ σὺ γὰρ φθέγγῃ κάλαμος; ἔπειτα. εἶμαι γὰρ ἐγὼ Διονυσόδωρος ἀντιλογικὸς ἀφροδίτου τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἐγγαμικὸς ἐκείνου βελτίων, παύσασθαι, ἔφη, ἐκέλευε καὶ ἐπιβολαμιαῖον ἄδειν.

stantiæ, deq; animi immortalitate sermo haberetur: uerùm ne mihi contradicant ij qui diuersam philosophiæ sectam sequũtur, de nuptijs dicam ea quæ congruunt. Atque illud quidem optimũ fuerat futurum, si nuptijs opus nõ haberemus, sed Platonis ac Socratis dogma secuti, à fœminarum commercio nos penitus abduceremus. Etenim qui ita feciſſent, ij demum ad absolutam illam uirtutem pertingere potuissent. Quòd si uxoris omnino ducendæ sint, ut eas iuxta Platonicam sententiam inter se communes habeant, uidelicet quòd zelotypia uacemus. Hæc quum essent risu excepta, ut quæ nimis intempestiuè dicerentur, tum Dionysodorus: Non tu desines, inquit, barbarica ista nobis oecinere? Nam ubi zelotypiam istam reperias, aut apud quem? At tu etiam biscere audes, inquit, stercilinium? Ad hæc Dionysodorus opinor iam erat conuicia quæ cõueniebat, regesturus, uerùm Grãmaticus Istius uir optimus ille, Desinite, inquit, ego uobis epibalamion recita-

015783

ἐπιδήμιον ἀναγνώσεσθαι, καὶ ἀρξάμενος ἀνεγίγνωσκε. ἦν γὰρ ποίησις, ἀγαθὴ μίμησις, τὰ ἐλεγεῖα.

Νεὶ πρὸ μὲν ἔτι ἦγε Λεωτυχίδης ἐν μεγάροις,
Δῖα Κλεισθὶς, ἄνασσ' ἐτέρῳ ἐνδυκίως,
Πρώτιστα πασάων ἀλλέων παρθενικάων, (σιλλύνει,
Κρείσσων δ' Κυδίππης, ἠδ' αὖτ' Νυμφὶς καὶ οὐ ἧς χάριν, ἐκφερεπόνων ἐρατεινὴ ἰφθίμων,
Κρείσσων Νηρῆος, καὶ Φόκιδος ἀνδρός.

Ἀμφὶ δ' ἐμοὶ πάρ' ὑμῖν ἔτην ἐν καμάτοισιν ὕμνων
Σωὸν ἐς ἀμφιτέρων μολπὴ καὶ κοινὸν ἀκοιμίδα.

γέλως δ' ἦν ἐπὶ τούτοις, ὡς τὸ εἰκὸς, γενομένοις, αἱρεῖσθαι ἔδει τὰ παρακείμενα βρώματα. καὶ αὐτὰ λοιπὰ ἦν περὶ τὸν Ἀριστάνετον καὶ Βύκριτον τὰ πρὸ αὐτῶν κατὰ τάξιν, ἐμοὶ τὰ ἐμὰ, καὶ ἡ Χαρεάδι, ἃ καὶ ἡ Χαρεὰς, ἃ καὶ τοῖς ἐκείνοις ἦν· καὶ τὰ τῶν Κλεόδημον. ὁ δὲ Διφίλος καὶ τὰ τοῦ Ζήνωνος ἔδει ἀπιόντα

recitabo. simulq; cœpit legere. erant autem Elegiaci uersus bi. si satis memini:

Nuper Aristæneti in ædibus unica summo
Nutrita est studio diua Cleanibus hera,
Virginibus cunctis reliquis præstantior una,
Vel potior Phœbe, uel potior Venere:
Salue & tu iuuenum ualidissime sponse ualentum,
Nereo prior, ac fortior Aeacida.

At rursum uobis hoc carmen sæpius olim
Commune ambobus coniugiale canam.

Hæc, ita ut est consentaneum, risus est consecutus. Reliquum erat, ut cibi tollerentur. Iam tollebant Aristænetum atq; Bucritum ex his quæ sibi fuerant proposita, suam uicem partem. Tum ego quæ mihi, & Chæreas ille quæ sibi erant proposita. Eundem ad modum Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiam Zenonis digressi partem

παραλιθέντα φέρειν, καὶ ἅμα μόνῳ παραλιθέσθαι οἱ κύνες, καὶ πρὸς τὰς διακόνους ἐμάχοντο, καὶ ἀντίοπον, τὸ ὄρνιθος κύνες λαμβάνουσι, ὡς ἂν τὸ κρόκιον ταρσὸν ἀντίλαβοιτο, καὶ τῷ ἑτέρῳ, καὶ κράνῳ, πολὺν γέλωτα παρεσχὸν τοῖς συμπόταις, καὶ ἐμέλησε, ἐπεὶ ἀγανακτῶν μᾶλλον, ὡς ἂν τὰ μέγιστα ἠδικημένος. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἑρμωνα καὶ Ζηνόθεμιν ἅμα διεκρίνοντο, ὡς πρὸ ἑαυτοῦ, ἕκαστος, οὐ μὴν ἀπρόπτως, ἀλλ' ἐπ' ἀκροις, πορφύρα καὶ κόκκοις τὰ μὲν ἄνω κάτω τὰ ἴσα, καὶ πέπλοις ἀρχαϊκοῖς· ὁ δὲ Διὸς ὁ πρὸ τοῦ Ἑρμωνος πεμπτήρης, ἵππος, αἷμα, τύχη, ἵλεω δὴ καὶ ταύτας ἀναφανῆναι, τῶν ἑαυτοῦ ἑκάτερον. ἐν τούτῳ τοίνυν ὁ Ζηνόθεμις, ἐμοί μοι, ὦ φίλων, πάνυ προσοχὴ τοῦ νοῦ, ἐμὲ γὰρ ἐκεῖνος ἤδη τῷ διαφαλεῖ τῶν πραχθέντων. ὁ δὲ Ζηνόθεμις, φησί, τὸν μὲν κύνα ἀ-

ἀφανοῦς ἂν γένοιτο μείζονος κλέους,
ξυνεχῶς τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἔλα-
χιστον διάστημα τοῦ πνεῖν
ἀναλαβεῖν ἔχοντα, ὥσπερ οἱ ἐπὶ
τὰ τροχᾶ. φύσει δ' ἐμβριθὲς ὄν,
ἐμβριθὲς μᾶλλον, ἐμπεπυκνωμένον
αὐτῷ τὸ σῶμα ἔχει, τὸ δὲ πνεῦ-
μα, ὀλίγον, καὶ ἐκ ἀποχρῶν πα-
ρά. ΜΕ. εἰ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς
αὐτὸν τῶν ἐφιζητῶν, ὦ Μουσῆ
τις τέχνῃ γράφεται χρῆσθαι.
ΜΟΥ. τέχνῃ μὲν, ὥσπερ οἱ ἐπὶ
παλαίοντες, ἀλλ' ἐνθυμοῦ τί

poſtquam ſibi ipſi non confidit: Chromatum uerò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad cithare cantum accommodata: & ubi tempus eſt, ire & ſtare, & de loco tranſire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accuratè facere eius eſt qui pudore ſolo eo afficitur, quòd rem uidetur. At rurſum ſi imitetur ſuperiores, hui quàm multis ſpectatoribus riſum excidit quanquam infinito adeò metu impendẽte, ſi quis ipſum cauſſa rideat. Nutat enim plus æquo, & cũſpiritum attrahit, ſtat ſummis pedibus diſtentus & refractus, perinde ut ij qui rotam circũagunt. Iam uerò natura rubi uidum exiſtens, multo magis etiam rubeſcit cum ipſi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi ſufficiens. MEN. *Qui uerò certamine cum ipſo conferuntur, Muſoni, quo pacto ſe gerunt? Nam arti gratificantur ſcilicet.* MVSO. *Arti quidem Muſoni, quemadmodum & qui luctando ſubſeruiunt: ſed cogita*

Mene-

ὁ Μενεκράτης τὴν τραγικὴν ἱστορίαν ἐκείνην, ὡς ἐν Ἰσθμοῖς ἀπέθανεν. ἔστι γὰρ κινδυνεύματα καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἂν ἐπιτήδειοι σὺν οἱ τεχνάζοντες. ΜΕ. καὶ τί τοῦτο Μυσωνί; σφόδρα γὰρ ἀγνοῶ σου τὸν λόγον. ΜΥ. ἄκουε δὴ λόγου ἀτόπου μέν, ἐν ὀφθαλμοῖς δὲ Ἑλλήνων πεπραγμένου, ἐδόκει γὰρ νόμος εἶναι ἐν Ἰσθμοῖς, μήτε ἐν μέσῃ ἀγωνίσασθαι μήτε τραγῳδοῖς, ἐλθεῖν Νέρωνα τραγῳδὸν εἰς θέατρον. καὶ παρῆλθεν εἰς τὸν ἀγῶνα τελευταῖος πλήν μόνου, ὁ δ' Ἠπειρώτης, ἄξιον φωνὴν ἔχων, ἐνδεκαμῶν δ' ἐν αὐτῷ, καὶ δεκαπεντάλοφος, καὶ τὰ τραγῳδοῦντος ἐφῆν, καὶ μάλ' αὐλοῦντος πρόσωπον, ὃ δικαιότατος ἦν εἰ Νέρων αὐτὸν ἐστεφάνου νικῆσαι. ὁ δ' ἀγχόνιός τι, καὶ μανικῶς ἔχων· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἠκροᾶτο ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐν αὐτῷ δὴ τῷ ἀγῶνι. βοώντων δ' τῶν Ἑλλήνων ὑπὲρ τῷ Ηπει-

ρώτῃ,

Menecrates tragicũ hiſtrionem illũ, quo pacto in Iſthmijs pericrit. Paria enim pericula et circa artes ſunt, ſi qui in ijs oſtentandis impendiò elaborant. MEN. Quid hoc autem Muſoni? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis. MVSO. Audi igitur rem abſurdam quidem & inſolentem, ait tamen in conſpectu Græcorum actam. Nam cum in Iſthmijs lex eſſet, ut neq; comœdia certaret quiſpiam, neq; tragœdia: Nero in plaeuit tragœdos ſuperare. Ac prodierunt ad hoc certamẽ plures quidem: Epirom autem ille, ut qui uoce optimè ualeret, & ob eam artem etiam celebraretur, & in admiratione eſſet, clarius ſolito fingebat & coronam amare ſe, & nihil deſtudio remittere uelle priuſquam à Nerone decem talenta pro victoria acciperet. At ille exaſperabatur, ſimul & inſani more ferebatur: nam & auditus iã ſub ſcena fuerat, in ipſo uidelicet certamine. Acclamãtibus autem Græcis, Epirotæ

0015783

φύγη, κέλευσε τὸν γραμματέα, ἐλλεβόρου ὑφῆναι αὐτῷ τέτταρα. αὐτὸς δὲ ἐπιφθεγξάμενος τὸ φθέγμα, καὶ ἀναπηδήσας ἐφίστατο, ἐπειδὴ ἄρα Νέρων ἐπ' ἐκβολὰς τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ σκηνικῶν, οἷον προσηκόντως τι τῷ πράγματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ δίκελλας ἐλεφαντίνας καὶ διβόλους προβεβλημένοι αὐτοῖς, ὥσπερ ἐγχειρίδια, ἐν τῷ ἡσυχάζειν πρὸς τὸν ἀγχῶ λίθον, ὑποτίθεσθαι αὐτὸν τῷ φάρυγγι, ὡς ἀράττειν ἐρέσσειν τοῖς δίκελλαις. Μο. τραγῳδίαν ἢ ἰάτρια Μούσωνι, μιαρὸν ἔτι καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐγκαθεῖναι; Μο. τί δὲ ταῦτα φαντάζῃ μαθητευόμενα. Μι. ἢ δὲ τραγῳδίαν ὑποκριτῷ ἀνιέναι, ἐπιτιμᾶν αὐτῷ τὸ φθέγμα, τί χρὴ ποιεῖν; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν στόμιον, πάρ' ἃ αἱ ἐμφάσεις ἐπίστευον, ἀποφράττειν ὅμοιον, ὡς μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι φωνὴ ἐκλείπειν τὸν θεὸν καταλιπόντα αὐτὸ καὶ τὰς

Epirotæ mittit ſcribam, quũ iuberet hunc ſubmittere ſibi ſeſe. Sed pergente eo, & ſupra modum attollente uocẽ, populariterq; ac liberè cum ipſo contendente, immittit Nero in pulpita ſuos biſtriones, tanquam qui ad hoc negocium pertinerent. Nam et libellos elephãtinos & duplices habebant, quibus præ ſe intentis, ueluti pugionibus utebantur. Atq; ubi Epirotã ad proximam columnam erigentes, guttur ipſius fregerunt, cædentes obuerſis in rectum libellis. MENE. Tragœdia autem uicit, Muſoni, ſceleratum adeò faciunt in oculis Græcorum auſum? MVSO. Quid putaſti ludum hic adoleſcenti fuit, qui matrem occidit quoque. MENE. Si uerò inter tragœdias biſtrionem occidit, excelſa illius uoce, quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, unde uoces inſpirare ſolebant, obturare conatus fuerit, ut uidelicet neque Apollini uox aliqua eſſet? quanquam ipſo Pythio recenſente cum inter

Orcſtæ

Ορέστας τὶ καὶ Αλκμαίωνας, εἰς τὸ μητροκτονῆσαι, ἢ λόγου τινὰ εὐκλείας ἔδωκε, μετὰ τὸ πατέρας τιμωρῆσαι. Μν. ὁ δὲ μηδαμῶς ἀπὸν ἔχων ὅτῳ ἐπιμείνοιτο, ὑβρίσθαι ὑπὸ τοῦ βιοῦ φάσκων, χαλεπώτερα τῶν ἄλλων ἀκούων, ἀλλὰ μικρὸν λέγωμεν, τίς ὁ πρόσθεν τῶν; ὡς ἐπάγωμέ τι ἀγαθὸν λοιπόν· ἐοικε φαίνεσθαι γὰρ τὰς λαμπάδας, ὥσπερ χερὸς ἀίροντες, καὶ τὴν πρώραν πρότονον τῶν χάρμα, παραπλεόμενοι καὶ ἡμῖν ἐκφέρειν τινὰ περὶ χάρμης, δῆτα, εἰ μὴ ταραττόμεθα, Νίκην αἴρεσθαι. Με. βιᾷ γὰρ, Μουσώνιε, καὶ ἐκ φιλοσοφίας γε, ἴσως δὲ καὶ τῆς ἄκρας τοῦ. Μν. τίνος ὦ βέλτιστε; Με. ἀλλὰ μὴ ἐπαυχῶμεν· ἀδη γὰρ τοῖς ἐκπλεύσασι φασὶ λιμένα.

Oreſtes & Alcmæones, quibus id quòd matres occiderẽ, etiam laudis aliquam famam præbuit, poſtquam id in ultionem patrum fecerãt. MVSO. Hic autem cum nullo modo dicere poſſet quemnam ullum eſſet, commodis à deo affectum ſeſe putabat, cum tamen mitiora quàm ueritas exigebat, audiſſet. Sed interea dum ſermones cedimus, quænam nauis iſta eſt quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre uidetur? Nam coronati capitibus omnes ſunt, perinde ut chorus quiſpiam, qui fauſtum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum protendit quoque, iubẽs & confidere nos, & gaudere: clamatq;, niſi non ſatis rectè percipio, Neronẽ periiſſe. MENEC. Clamat enim Muſoni, & manifeſtius utique, quo propius terram contigit. MVSO. Euge, ò dij. MEN. Sed ne gloriemur. Nam [b] mortuis, ut aiunt, non decet conuiciari.

GIL.

GILBERTI COGNATI

Annotationes.

a Neronem igitur.) Neronẽ in primis muſicæ ſtudioſum fuiſſe, teſtis eſt Tranquillus, adeò ut præ ſe Apollinem contemneret, quem ut citharœdum pingebãt pictores. Talis in theatro ſæpe uiſus eſt Nero: qui etiã ſtatuas ſuas citharœdico cultu proſuit. Cuius natiuitatẽ poeticè deſcribit Seneca in ludo de Claudij Cæſaris morte. b Nam mortuis non decet.) Sunt enim iam interfecti nullis omnino conuitijs aſpergendi, nec infectandi: ne cum laruis, iuxta prouerbium, pugnare uideamur. Vnde Chilon ille Lacedæmonius uetabat de mortuis etiã malè loqui, quòd nihil ingenuo uiro indignius crederet, quàm eos inceſſere lingua qui reſpondere non poſſent, ac turpe eſſet cum umbris luctari. Huc præterea & illud Ariſtotelis referendum eſt, qui in Rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui ſcripſerit, eos qui mortuos allatrarent, uideri ſimiles catellis, qui lapides iactos morderent, ipſos autem qui laſciſſent non attingerent.

PALINVRVS.

ARGVMENTVM.

Duo hi Dialogi ſequẽtes, Luciani non ſunt, neq; Græcè ſcripti etiam: ſed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus, ne horum quidem lectione fraudare quenquam uoluimus, præſertim cum ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipſi eſſent.

PALINVRVS, CHARON.

Obſecro te, ô Charon, ſine me ut iam nauim conſcendam. CHAR. *Quis me appellat?* PAL. *Ego nauita quondam illius, quẽ nuper uiuentẽ tranſuectaſti, Æneæ Troiani.* CHA. *Tu'ne ille es qui apud portum Velinos inhumatus iacebas?* PAL. *Ille ipſe ſum. Sed credo cœleſtium nutu fieri ut tranſuchar, quorum prodigijs lon-*

gẽ latesq; actæ finitimæ gentes, & ossa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumuloq; insuper solennia statuerunt. Quare te oro, ô iustissime Charon, patere tandẽ ut ingrediar. sic prospera semper sit nauigatio tua, sit soluda nauis tua atq; inconcussa. CHA. Rem iustam petis Palinure. ingredere ut libet. Vos uerò tam confertæ umbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quæ nã hæc uis desiderij? Expectate tantisper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimùm. PAL. Habeo tibi Charon immortales gratias, qui me his tandem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberasti. CHA. Amo te equidem, Palinure, tum propter Aneã regem quẽ mihi nominasti, qui et super omnes quos unquam uiderim mortales, uisus est mihi singulari quadam præditus pietate: tũ propter meum etiã, quod olim cõmune fuit tibi, magisteriũ. par enim sibi quisq; parẽ affectat, delectatq; magis quæ inter pares sit uel confabulatio, uel uitæ actio. Afficiebar porrò nõ modico dolore, quũ uidebam iãdudum te in a citeriore hac ripa errantem, incertumq; sedis tuæ. Neq; licebat tibi succurrere, propter legẽ mihi datã, ne quenquã nisi humato prius corpore transportem. Sũ enim ego minimus inter infernos habitatores, subiectusq; alienæ potestati, cui parêre non tam pulchrum mihi, quàm aliàs necesse sit. Gaudeo autẽ nunc & lætor, quòd ea aliquãdo se sors tibi obtulerit, qua & tuum implere desiderium, & meum releuare dolorẽ salua lege officij mei possum PA. Imò ego non minus propter te dolebam ô Charon, quia perspiciebã tot te graues assiduosq; labores perferẽtem, sine ulla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantisq; uexari malis solent nauium gubernatores, qui nihil aliud

nisi uita

militia quàm nauigationem exercui: atque ita exercui, ut nihil illa grauius, nihil periclitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi uideri potest, si angebat me utique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam sustinebam, nauticas fatigationes meas: quarum experientia iam edoctus sciebam probè pari malo tuo condolere. CHA. Frustra propter me dolebas, Palinure: nam nihil molesta mihi est ars mea. PAL. Quid ais? CH. Aio gratam me habere & iucundam artẽ meam. Vides ut cruda uiridisq; senectus est mihi? Memini haudquaquam ab ipsa, quæ iam omnium annos supero, longæua ætate mea pertæsum me esse laboris mei, qui quotidie imsto alacrior atq; ualentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi persuadeas. Est enim communis hic morbus mortalium, ut sortis suæ quenq; distædeat semper, uiuatq; contentus nemo studijs suis, laudent uerò longè, ac beatiores existiment omnes qui diuersas à se artes atque actiones sequũtur: uerùm falluntur maximè opinione sua. Nam si rectè intueri uelint, cognoscent perspicuè, nullum esse in uita eorum statum qui non magnis scateat miserijs, quem non magnæ grauesq; perturbẽt undiq; molestiæ et uexationes. Et si detur aliquãdo ut alter in alterius studia trãsferatur, quàm uideas tunc sua cuique leuia uideri, quæ prius præ grauitate accusabat: contraq; ea graviora, quæ prius leuia uidebãtur? Itaq; si bene consideres, Palinure, nõ est ita grauis mea cõditio ut cẽses, neq; propterea quòd nauclerus sim, sum eo miserabilior. Sed tu (ut uideo) sequeris uanos errores mortaliũ, ego uerò integritatẽ tãtum, iudicijq; ueri ducẽ secutus, dego cõtẽtus ac lætus sorte mea, neq; adscribo mihi calamitatẽ, quòd defudẽ quotidie nauigãdo, & defatiger. Neq; ob

hoc arbitror quempiam horum qui mecum simul ultimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos iudices, Minoem, Rhadamanthum & Aeacum, quanquam magna omnes emineãt potestate: non ipsum Ditẽ, quanquã sceptro potens sit, atq; regna ista moderetur. Sũt nanq; & illis sui labiores, suæq; molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis sarcina premuntur. P A. *Potes de te tibi Charon persuadere ut libet: mihi enim de me nunquã persuadere poteris, quin ars nostra sine ulla cõparatione cæteras laboribus & periculis excedat. quod liquidò tibi probarẽ, nisi quòd uereor ne tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra.*
C H. *Imò summa me afficeret recreatione. Nã & delectat me tecum sermocinari, & nauigantibus etiam magnã animorũ refocillationẽ afferre solent huiusmodi cõfabulationes.* P A. *Quãdo igitur nõ est tibi iniucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationẽ, ut intelligamus, nõ esse duriorẽ ullã, quàm nautarũ sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas quos æstus et frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus et fulgura, quibus perfundi imbribus, qua uentorũ rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame et siti, quoties squalore etiã te terrimo cõsumi cõtingat, si attẽdas habitationẽ eorũ instar carceris, supellectilẽ uel nullã, uel sordidissimã, strata dura, cibaria aspera, potũ immundissimũ, indumenta spurca, incõmoditatem rerũ omniũ, noctes insomnes, et sub diuo semper, et inquietas. taceo perpetuũ alicq; quoddã eorũ exiliũ. quos patriæ eorũ exteros, profugos, uagos, palãtes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in uita dulcius) cõiugũ, sobolisq; fructu ac iucũditate, quis nõ abiectissimos, longeq; omniũ mortaliũ miserrimos esse iudicabit? Præterea Scyllã,*

Charyb-

0015783

Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tẽpestates, quibus nec uisu quicquã est tristius, nec horribilius, quibus & ad summũ uitæ usq; discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandẽ obruuntur. In qua re nemo est qui idoneus magis quàm ego, testis adhiberi queat: qui cũ multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiã nauigantem inuasit, tam sæua atq; horrens, ut horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè ut par esset, explicare tibi acerbitatem illius tẽpestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Aeneam ducẽ, cuius summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, uidi ego contrementè grauiter atq; ingementem, extentisq; ad cælum manibus beatos longè inclamantem eos quibus ad Troiam oppetere cõtigisset, lamentãtemq; pari ab eorum morte, ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse, crudelem equidè diẽ illuxisse omnibus ultimũ: neq; ex numero nostro quẽquam putasse euasurum, nõ ipsum Aeneã, non Ilioneum, nõ Achatem, non Abantem, grandæuumue Alcibem, quorum naues longè dissectas, ad summumq; penè exitiũ adductas, nescio quæ iis illa nisi diuina liberauit. CH. Nõ incognita mihi narras: hæc ea ipsa die rescui. PA. Quo id modo? CH. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumq; Orontẽ ignoras, auctorem Lyciæ nauis? Is quidem tunc submersus concessit ad me illicò, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu dissereuisti, implorãs deinde opẽ, rogitansq; multum ut se ulteriore in ripa sisterem: quod nunquam passus fui, quũ interfluctu adhuc corpus suũ sine sepulchri honore iactaretur. Nunc agè sese circum hæc flagna mœstus atque errabun-

dus uidisti illum? PA. Et tum uidi, & unicum mœrbi solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi eius interitu retulisti, cuius adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortumq; ter eum atque circumactum (horrendum) à fluctu, rapidus tandem aquare uortex absorpsit. Sanè quod ad me pertinet, nihil edisseram: qui licet eam euaserim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam uitæ meæ finem inueni, excussus & ipse pariter atque iactatus inter undas: quod deerat, insuper ferro prætereà obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quàm Æneæ meo, ne tantis undis surgentibus spoliata magistro nauis deficeret. Hæccine eorum delicia, opes, tranquillitas? sic illis uiuitur, sic moritur. Tui nunc & aliorum defende studia & artes, cõtendeq; si libet, maiorem esse etiam eorum miseriam & calamitatem, qui patrias incolẽtes suas, uxorumq; ac filiorum societate beati quescunt, gaudent, ludunt, bortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, uestiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos suos ac geniales agunt dies. Adde, qui in urbibus optimates & primarij magnam sibi uendicant auctoritatem, habenturq; summo in precio atq; honore, qui ius dicunt, qui causas agunt aliorum, qui fasces gerunt, qui ducunt exercitus, qui uel asistunt principibus, uel principes ipsi magni illustresq; sunt: quibus nec optabilius quicquam in uita esse uideo, neque beatius. CH. Falleris longè Palinure: nã quos beatiores esse arbitraris, miseriores illi sunt ulla sine dubitatione. Neque enim negauerim sortem subiectam esse nautarum magnis malis: sed ita subiectã, ut comparatione aliarũ, quæ maioribus cũ gra-

uantur

uentur incommodis, minus certè misera iudicanda sit. Quid enim tristius, ut ad tuos ueniam qui patrias suas colūt, quid miserabilius, quàm domi suæ agere, & ita agere, ut iucundiorem aliquando quàm uitam mortē optes? Quæ ulla maior calamitas, quàm circundari urbem hostibus, ingruere bellum, uolitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere tormentis, saxo dirui, domos tremescere & concuti? quemque fame sitiq; deficere, corrumpi aerem, occupari mœnia, spoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incēdia paræri, malos exultare, bonos torqueri, affici contumelijs, expelli domibus, uulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidarri filios ante parentū ora, uim pati uxores, stuprari gnatas? Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an bis quæ tu memmineris, ulla ex parte comparanda? PAL. Quàm uera narras, ô Charon, quàm nunc uel audiens ista perhorresco! Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patriæ meæ [b] desolatio: Troiæ inquam, tam præpotentis olim atque præditis, cuius euersione nihil credo referri posse crudelius aut lachrymabilius: tantaq; fuit calamitatis eius magnitudo, ut longè plura etiam atq; tristiora quàm tu suprà memoraueris, sibi contigerint: quæ si uelis, omnia tibi, ut rem certius agnoscas, explicabo. CHA. Haud opus est Palinure, quoniam & tempus nō patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atq; comperta habeo. Nā & mihi renunciauerunt ut quæque aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil certè, ut nunc tu dixisti, peruenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. PAL. Faxo ut iubeas: sed aduertas Charō, grauissima licet hæc sint, rariora tamē cōtingere, quàm ea nautarum quæ suprà exposui.

CHA. *Referam ergo alia frequētiora, & ex ipsis quidem*

met ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas, porticuſq; diſcurre: quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, inſimulationes peſtilentiſſimas, optimi cuiuſque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, inuidentiamq; uenena. Diuerte modò greſſum, & artificum mercatoriúmq; tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionesq; manifeſtas? Transfer debinc te in fora publica, ſedesq; iudiciarias: quid audis quàm undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum iurgia & contentiones, teſtium periurationes, cauſidicorum prævaricationes, iudicum corruptiones, præſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obuiã tibi habebis, quàm exultãtes improbos, lugẽtes bonos, oppreſſas uiduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altius oculos, & atria principum perſcrutare, quam non uidebis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionẽ, militũ audaciam, fœneratorum uoracitatẽ, quæſtorũ improbitatem, quam non potentũ hominum in tenuiores uim atq; inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerar, proſcribi? P A. Grauia hæc nimis ac miſerabilia. C H. Et reſtant alia, quæ non minus tibi grauiora & miſerabiliora uidebũtur. P A. Perge. C H. Quæ fortaſſis etiã grauiora & miſerabiliora iudicabis, quoniam domeſtica ac frequẽs magna eſt eorum peſtis. P A L. Fare. C H A. Noli tibi Palinure afferre in medium graues longoſq; artificum & negocia-

negociatorum labores: non eos quibus efficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus causidici, cæterarumq; disciplinarũ sectatores, æstus, algores, inediã, peregrinationes, anxietates uel pericula, uulnera, cædes, districtæq; habitationes, infinitaq; agendi, cubãdi, uescendi incõmoda uel fastidia, lassitudines, uigilias, solitudines, odia, & infamationes. Nam si complecti cuncta sermone meo atque exequi uoluerim, tot tantaq; dicenda se offerẽt, ut præ longitudine malorum ac mole, citius nauigatio nostra quàm oratio finem possit inuenire. Omittam itaque, & commemorabo tantum quas inter domesticos parietes, tum seruorum, tum uxorum ac filiorum molestias ac turbationes pessimas perferre solent qui gubernationi præsunt rei familiaris. Quam si ita ut naualẽ expertum esses, facilè quicquid dicturus sum, me etiam tacẽte & intelligeres & approbares. Nam seruorum primò in dominos semper prompta maledicta, furta, impositiones, fugas, arrogãtiã, negligentiã rerum dominorũ, temulentiam, edacitatem, somnolentiam, tarditatem, ignauiã, nemo est qui non uideat magnã afferre his qui patiũtur, infelicitatẽ. Deinde filios, quorũ amore nihil dulcius esse fertur, quãta animi cũ amaritudine efficiũt parẽtes uel ægrotare, uel mortem obire, quod frequenter admodum fit, satis existimo etiam te intelligere. Quam uero grauem & anxiam credis esse eorũ uel parturitionem, uel educationẽ, uel institutionem? Quoties pro eis bonæ parentes gemere, suspirare, dolere, torqueri? Quãta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immensaq; adeò cura aluerunt, uel parum sibi audiẽtes, uel rebeles ac infestos postea habere contingat? quàm dolenter eas ferre arbitraris dum insani & uecordes sunt, dum

bebetis & craſſi ingenij, dū effœminati et molles, dū dilapidant & euertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per præcipitia uitiorum omnium uitam ducunt ſuā? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inuiſas? quarum lingua nihil perniciosius, quarū audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ urgeſi ſemper & contentionibus obtundunt uiros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrāt, ſemper inſidiantur. Quibus quam deſint cætera, nunquā tamen lachrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ cæca ſua (quæ tantum ardent) ornamentorū ambitione exhauriunt opes, labefactāt domos, cogunt maritos in malos quæſtus, in diræ ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo ſatis unquam meo iudicio enarrare poſſet: ſed magnū doloris argumentū præſtāt, & grauiſſimas cædes, & ingentia quæ ſæpe propter corruptas uxores bella exerſerunt. PAL. Hoc plus quàm uellem, ſcio: nam arduū illud quod ego uidi Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptū, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. CH. Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantum noſti, Palinure: at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, ut ſtupeſcens etiam præ miſeratione coniugalem uitam lachrymares. PAL. Hui quid narras? CHA. Narro quæ quotidie uideo & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CH. Minimè: id nunquam dixerim. PAL. Atqui multas memini me uidiſſe ea prædītas honeſtate, ea religione, ac uitæ integritate, ut diuinum quiddā magis

magis quàm humanũ redolere uidẽtur. CH. Et multas uti que eiuscemodi esse confiteor, sed eas quidem, quæ optimis honestissimisq; ortæ parentibus, ebiberũt à primis annis sobrios & castos mores: quæ sanctis parentũ suorũ exemplis educatæ, uitam instituerunt, peccare castigatæ, sapienter ad mansuetudinem edoctæ, ad pietatẽ, ad fidem, ad diuinũ cultum, ad rectũ cõpositumq; regimen rei familiaris. Quæ se à thyasis, salubus, iocis: quæ se à spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterum quæ cõtra sanctitatem, quæ malis institutis, peruersisq; parentum exemplis imbutæ, molliter uixerint, effœminatæ delicijs atq; turpi otio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quæ præterea oculis suũ hauserunt, matrũ præsertim obscœnitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidẽ tanquã uenena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quibusq; fœris, est hymenalis honestus, quo qui eas uel emẽdatis instituãt moribus, uel sancto inuitent exemplo, parentes simul rariores habeãtur. Prodeunt postea in publicũ quæq; etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse uideantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cum uestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Voiq; ea, uanum uulgus, ita ut cernitis, uera docentes esse arbitramini. At ego nihil quàm quod res habet, de eis iudico. nuda enim hic omnia atque aperta sunt. Non ueste hic teguntur macule, non pallio obnubuntur scelera. exertos omnes ac nudatos, rerumq; omnium uacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in uita malè tentatum, maleq; actum est, hic fronte coram ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur.

Quare

Quare non mirum tibi uideatur, si quorumcunq; nota haec crimina, qui quorumcunq; etiam nudas, ita ut prædixi, transuebo umbras. Quàm proinde ingentem uideo earum turbam, quæ cum impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in uita habeantur? Quãtas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hypocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot suppositicios partus, quot mentitas exutritiones, quot alieni seminis susceptas messes? At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas uxores. Laudant inter cætus & prædicant quasi pudicitiæ principes: statuunt mausolea: plurimi quoq; epigrammata condi, orationes scribi & pronũciari curant, in laudem ac memoriã castitatis fideiq; earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes Palinure? Et an comparationem ullam habere putas cum his nautarum, quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, ut cætera læta, fausta, deliciarũq; plena (si tibi fides daretur) existimanda essent?

PALIN. *Haud equidẽ tanta in ciuitatibus priuatisq; domibus, quanta modò enumerasti, mala regnare credidissem.*

CHA. *Ita proficit, inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum usum atq; experientiam habent.*

PAL. *Ita fit.*

CHA. *Quòd si animaduertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiã meam. Nam huiusmodi res diræ assiduo quodam usu & assuefactione mitiores fiũt, & quodammodo domãtur: quas uerò ego memoraui, cum animũ magis affligunt, non ita usus & assuefactio mitigare atq; edomare potest.*

PAL. *Consentio tibi iam, gaudeoq; in eam lucem te illustrante peruenisse, ut*

intelligam

intelligam tam magnã aliorum & maiorem etiam quàm nautarũ miseriã. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni uiri, non dicã nautis, sed cæteris insuper quibuscunq; mortalibus beatiores sint. CHA. *Curt* PAL. *Quoniam omnibus abundent atq; affluant bonis.* CHA. *Quibus?* PAL. *Honore, gloria, opibus, delicijs, amicis, potentatu, imperio.* CHA. *Hisce?* PA. *Hisce, & multo pluribus.* CHA. *Erras.* PAL. *Errorem hunc optassem in uita mihi.* CHA. *Deliras.* PAL. *Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere.* CHA. *Quid si nihil illis miserius?* PAL. *Quid si nihil beatius?* CHA. *Haud unquam hoc mihi demonstrabis.* PA. *Non tibi ij beati uidentur, qui quicquid ad explẽdas uoluptates optari potest, assequuntur? quibus conuiuandi, cubandi, unguendi, lauandi, ludendi, uenandi, aucupandi, ad omnẽ nutorem atq; satietatẽ semper facultas sit? quibus quotquot uelint concubitus fœminarum, quotquot uelint arua, equi, canes: quibus tot sunt serui, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tam tũ possideant auri, gemmarũ, uestiũ, supellectilis? quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? quos populi ueneãtur, timeant, laudent, decantent? qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, uindicent inimicos, trucident rebelles?* CHA. *Non est tam magna ut existimas Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certè fastidium tanta bonorũ cõtinuatio, tantaq; affluentia, nec; sapit tantũ, quæ non aliquando intermittitur uoluptas. Præterea quomodo eos tu beatos iudicare potes, qui tantis opib. atq; delicijs suis nunquam fruuntur cũ iucunditate, nunquã cũ gaudio? qui in tanta rerũ copia nunquã exhilarẽt se, nunquam releuent animũ, nũquã exultent?* Qui *tanta licet bonorum*

norum ubertate redundantes, triſticia tamen ſemper obducantur, ſolicitudine premãtur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior uidetur priuatorũ conditio, quorũ & uita ſecurior, & uoluptates etiam, ſi mentem intendes, maiores ſunt? quos ſumma ſemper cõdit hilaritas, mulcet feſtiuitas, explet alacritas? Quantã putas affere delectationem, quæ cõmunis cum uxoribus & filijs uita exigitur, dum cubant tutè, ueſcuntur lætè, iocantur modeſtè? ¶ Quàm dulcè eſſe arbitraris amicorũ inter ſe & æqualiũ parem uitam, domeſticum uſum, frequentẽ conuentũ? Quid eorum amore ſuauius, confabulatione gratius, curis melius atq; commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorũ conuiuia, ludi, cantus, ſaltationes? quantũ dilatent animos et permulceant? quantũ emanet mellis? cuius nec ſtillã principium aliquis deguſtauit. P A. Haud intelligo Charon hanc quã refers regũ triſticiam atq; anxietatẽ, qui inter riſus tantùm, blanditias iocoſq; uerſentur, quibus ſemper pſallatur, canatur, plaudatur, & quicquid ad tranſigendã bilarẽ uitam excogitari poteſt, exhibeatur. C H. Etiam, ut uideo, iuodicas Palinure, quæ oculis tantùm pateãt: quo errore decepti mortales, plurimum ſeduci ſolent: ſed quod certum afferre poſſunt iudiciũ exteriora corporis, quæ uclamenta quædã magis ſunt ueritatis? At quid certi promittere & oſtentare poteſt frõs ſ hominũ, quæ plures quàm Proteus ſpecies mentiri, atq; in plures mutari queat? Conſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibræ: perſcrutandæ ſunt interiores mentis latebræ: quas ſi peruidere ita ut frontẽ poſſes, prob dolor, quantã ibi malorũ turbã, quantã formidinũ atq; ſtrepitationũ aciẽ introſpiceres, quot angores, ſolicitudines, ſuſpiciones? quot peſtilentes morbos & perturbationes? quãta aperirẽtur ulcera, quot

ta,quot plagæ & cædes, quot insidiæ,quot ensēs, et telorū infinita genera?quæ nec somnos eorū quietos, nec cibos placidos,nec opulentiam dulcem,nec imperium iucundum,nec delicias iocosq; lætos esse permittant. PA. Nesciebam adhuc hæc eorū qui dominantur mala:sed cur illis contingant tanta,non capio. CH. Contingunt tanta propter graues inimicitias,acerbaq; odia quæ continuè cum finitimis ciuitatibus,cum subditis sibi populis, cum semet ipsis etiam gerunt: quo fit ut ingraue scentibus odijs,increscentibusq; iniurijs,quibus quotidie afficiunt quemq; , necesse sit illos torqueri & affligi grauiter,confidere nemini , suspicari omnia. Possint extimere miscus etiam (ut aiunt)uolantes,gaudere & lætari nunquam, tristicia & mœrore detineri semper. PA. Adducis me facilè ut credam suspectas eos habere finitimas ciuitates , cum quibus & insensa odia confiteor, propter continua quæ exercētur bella,& dominandi libidinem,qua plurimū incenduntur. Cum suis uerò quibus imperant populis,nihil accipere possum nisi amorem,& dulcissimam pacē. Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ, si oriantur bella, sic demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida,profligantur acies,spoliantur & captiuantur hostes,populationes fiunt, trophæis decoratur patria , uictoriis celebratur,triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria,& urbium ornatus,& inimicorum timor,& populorum inter se lætitia, atq; erga principes fides et amor crescit. CH. At tantum narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentius accidunt aduersa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes,potiri uictoria,triumphis exultare,nunquam uerò uinci,prosterni,agros suos populari,bona sua diripi,et è suis se oppidis deijci. Sed maiora

hæc

hæc prætereamus, de minoribus tantum dicatur. Quippe si conferas quas strages suorũ & cades sustinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorũ victorias constare, discussáq; ratione decessisse plus illis, quàm accessisse. His adijcias, ut populorũ etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella & persequẽdos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ quẽ magno & inæstimabili constent sumptu, nec proprij suppeditent redditus, necesse est nouis uectigalibus uexare populos, nouas indicere præstationes, nouas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, radere marsupia, imò uiscera pauperũ, paruos atq; magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemq; nullius fidei, nullius amicitiæ credere, coniectare omnia in malã partẽ. Habet enim hoc in se pessimũ malefactorũ conscientia, ut quos iniuria affecit, nunquã reuocari in amicitiam, nunquã mitigari, & ad ueniã moueri posse putet: proinde magis insurgitur, grauiores itur in iniurias. hunc proscribunt, illũ carcere includũt: quorundã patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent. Voluntate pro ratione utuntur. Eorum quoq; quos tantis lacerunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam uidebantur, exempla aliorum proponunt sibi, acutiq; ipsi non minus odia. Nam nõ minus rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odijs incenditur, coquit nouas cogitationes, noua consilia molitur. Mox eò deueniũt, ut hæc intelligentes ui-

les uideant quantæ ruinæ quantoq; præcipitio ſubiaceant, quàm tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant imperia ſua. Tunc cernas eos pallere, triſtari, conſumi, expauere omnia, torquere ſcelerum ſuorum conſcentia (quæ prima eſt pœnarum omnium) timere boſtium inſidias, ciuium conſpirationes, domeſticorum proditiones, oppreſſorum uindictas. Tunc ſecurum nihil exiſtimare, niſi quod ui ac ferro tueantur. Propterea non credunt ſe iuſtò cuiquam, non miniſtris, non neceſſarijs, non germanis, quorum maiorem etiã quàm aliorũ auctoritatẽ magis formidant. Arcẽt ſe ab aſpectu & præſentia omniũ, cingũt ſe foſſis et aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos dãnati carceres. Cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, ut obſideri eos putes, circumuallãtur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam uigilant. Terret illos conuentus hominum, angit ſolitudo: timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona. Suſpecti illis cibus, ſuſpecta ſeliæ, ſuſpecti cibus & potus, qui nec etiã niſi præguſtati ſumuntur. Suſpecti pellicum & item uxorum tori: quibus nimirũ eſt cur ſine cuiuſquam præguſtatione congrediantur. Ipſos uerò quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt non minus extimeſcunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eo magis augetur eorũ timor & miſeria, quo armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alieni genus & barbaros homines, atq; abiectiſſimos quoſq; ſibi deligũt, eoſq; frequẽtius comitantur. Deyciunt ſæpius ac exterminant, quò ſaluti ſuæ, ſi non alia, at ſaltem hac uia cõſulere poſſint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus ac flagitioſis ſe cõmittere: ſuos uerò, prudentes, ſobrios,

iustos spernere atq; deuitare? Quanta ista tyrannorum felicitas, quos cõtinuus & ingẽs semper angore afficit metus, quo nõ modò animi grauiter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona frigantur & dissipantur? Quantæ istæ eorũ delictæ, quanta gaudia, qui tranquillitatẽ nũquam & pacem sibi, ne dicam populis suis aut hostibus concesserint, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni? Quæ nam ubertas ista bonorum, quæ dustracti aliunde, neq; sciant, neque uisant, neque pertractent, neque gustent unquam? Quanta ista imperij bona, quæ quum ipsi uidere & attrectare non possint, committant necesse est aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum suarũ, nesciq; omniũ ferme quæ sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficijs, illos pœnis afficiunt? Quodq; grauius est, quoties ipsis etiam uidentibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque lædunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirũ si exardescunt postea populorum odia? si labefactatur postea eorum status atq; desolatur? Quanta ista, quamq; optãda imperia, cum quibus & seruitutem pessimam degant? subiecti tantis perturbationibus, tantis insidijs: subiecti ipsis etiã quos sibi subiecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicuius criminis rei: coarctati instar ferarum: excluſi ab omni quæ foris capitur recreatione, priuati & libertate: quod est tã dulce & omnibus optabile bonũ, nõ hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunq;

buſcunq; animantibus : cuius priuatione quid eſt quod triſtius aut infelicius contingere poßit? PALI. *Non credis Charon bonos aliquos, mitiq; & moderatæ naturæ Tyrannos eſſe?* CH. *Imò multos credo: ſed tanta eſt dominãdi libido, tantus ardor, tãta neſcio quæ peſtis ingenita, ut quos ſemel inuaſerit, ſint ſumma quamuis bonitate præſtantes, adeò illiciat eos, illiciõq; deprauet, ut uita potius quàm imperio quod iam occupauerunt, carere poßint. Vel ad cõſeruandum, uel ad ampliſicandũ contendunt unguibus dẽtibusq;: ac propterea nemo eſt tam bonus tyrannus, cui non conſeruationis ampliſicationisq; ſuæ gratia, multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimùm timere, plurimas ue pati angustias contingat.* PALIN. *Miror cur tantis in malis, quæ plane ita ut narraſti, uera eſſe puto, appetant tantopere mortales imperium, niſi id fortaſſe faciunt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirum tam præſtans atq; excellens bonum, tolerabiliores reddit tãtas quas modò expoſuiſti miſerias. Dulce quippe eſt mandare alijs, præferri omnibus, eminere, præcellere, uenerari, timeri, ſupplici ter exorari, aſſurgi ſibi, uia decedi, inclinari ceruicẽ, flecti genua, audire laudes ſuas, & rerũ bene geſtarum decantationes. Quæ quũ et diuina numina plurimũ capiãt, facilè intelligi poteſt, quantum & his quoque mortalium mentes capiantur.* CH. *Quæ tanta capere poteſt Tyrannos ullos honoris aut gloriæ exhibitio, qui ſe certò inuiſos omnibus eſſe ſciunt? A quibus ſi laudẽtur, ſi audiãtur, ſi ſibi aſſurgatur atq; incuruetur, intelligũt palàm uel aſſentationis uel timoris cauſſa id fieri. Quare nõ eſt ita dulcis ut putas, huiuſmodi honoris et gloriæ exterſio magis quàm exhibitio. At uerò dulcior ĩ eſt q in priuatos homines ab amicis*

& benevolis honor exhibetur propter aliquod eorũ egre-
gium facinus, aut excellentem uirtutẽ. Vera ista gloria, ue-
rus iste honor, ac dignus quidẽ quo & diuina numina ca-
piantur. PAL. Nullam ergo uideo caussam cur tãto ope-
re imperia desiderẽtur, desideratáq; conseruẽtur: nisi quòd
habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in
hic maxime expletur. Quò enim quisquis plus auri, agrorũ,
aedificiorum, oppidorum acquirere possit, nullo parcit la-
bori, quantumuis magno & intolerabili: neque ullus tam
amarus labor, quin propter quaestum & maiorem rerum
cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus
possideant, super omnes etiam beatiores uidẽtur, licet cete-
ra eis tristia sint atq; peracerba. CH. Neq; istud quidem
affert ullam beatitudinem. Nam in primis non efficit dili-
tem maior abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim pa-
uo contentus est, id tantum cupit, quod necessitati uitae suf-
ficiat. Is abundè est locuples, propter bonestũ, quod facilime
implere potest, desiderium: quod quum & impleuerit, libe-
ratus est ab omni qua alij rapiuntur habẽdi anxietate. Qui
uerò quantumlibet diues plura concupiscit, plurimum indi-
get: quia perseuerante acquirendi insatietate efficitur mi-
nus uoti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum
possessio, magis etiam cupiditas: neq; finem unquam habet
uorago illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisque
uel locuples multitudine, uel pauper paucitate diuitiarum:
sed uel rerum magis implemento, uel necessitate. Nã si mul-
titudinem exediunt sumptus, quomodo potest is credi di-
ues, qui minus habet quàm necesse esset? Quare quũ neces-
sitatem sepius magnam patiantur qui tantam imperij mo-
lẽ administrãt, indigentiores etiã putandi sunt priuatis ho-
minibus

0015783

minibus: quibus licet tenues sint opes, at necessitatibus satis suis uel pares sunt, uel superiores. Taceamus graues quas quotidie expilationes uel rapinas perferunt à quæstoribus suis, & ab his maximè quorum fidei magis creduntur: qui quo maiora etiam nacti sunt imperia, eo maiora utique furta, maioremq; proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus uerò curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernandoq; tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros esse necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum uarietatem perundendam atque distribuendam: plura quoq; quàm Iani aut Versumni capita, ad intelligenda ex-minandaq; tot ac tanta cùm hostium tum populorum suorum quæ illis negocia deferuntur. Quæ tanta animi uis, quæ nō debilitetur? quæ tanta solidum, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta ualetudo, tantum robur, qui se tam uasto curarum ponderi parem audeat polliceri? cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerans, quin tam multis tamq; cōtinuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquā quoq; cōfringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantum, qui hæc ultima loca colimus, loquamur. Vtrū putas, Palinure, beatiorem esse, uel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil præter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: uel Plutonem, tam lati tamq; immensi regni tyrannum? Intelligo, si tacem, quale de hoc sis iudicium prolaturus. Crede mihi, nunquā meum cum suo statu commutarem. PA.

Quare? CH. Quia lætus ago, & summa cum quiete. Non ullius rei ullam gero, nisi transuehendi hasce huc descendentes animas, & conseruandi incolumem hũc fascelum meum, solicitudinem: ut quo dicam tibi quicquid est quod me grauet. Quum enim propter uetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet ut restituatur integritati suæ. quare cum consuo sæpius, & obstruo si quid rimarum est. hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto cum tantis diuitijs suis, ac regno tanto, nunquam lætatur, nunquam quiescit: tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus. Implicatum semper habet ubique animum. hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus ministris. huic mandat, illum terret, alios acciri iubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne ulla ex parte irradiet regno suo. Sæpe et fulmen magni fratris, ne paueirct Auerna atq; labefactet. Quoties uidi ego illum, dum rebus suis timet, inuectum summo curru peragrare omnem hanc regionem, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, descendere etiam in superum orbem, circumire terras, peruulgare quodcunq; periculum perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ quũ multis in locis, tum maxime ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam cõquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre cœlo, inuecere superi eum corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus undiq; montibus pressus & grauatus, conatur sæpe se attollere, impositaq; sibi reijcere: proindeq; magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut hæc loca nostra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nũc

quam

quàm læta & optanda sit sors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quẽ tot oporteat præcauere pericula, tot dispẽsare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia uel ipsum gubernare, uel alijs gubernanda cõmittere. Atqui de rogo, & uel ex hoc uno collige eius felicitatẽ. Nã si me deficere contingeret huic nauiculario ministerio, quod ita necessariũ est ut uides, necesse esset eum uices meas subire: ne alioquin deficiẽte portitore, regno suo malè succederet. PA. Hoc profectò non modò uerum esse uideo: sed manibus etiã ipsis (ut aiunt) tango. Nam ea nocte qua aliis somno grauatis è puppi in mare excussus fui, id continuò sensit Aeneas meus, qui errantem sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus quòd quæ sceptrum gestare solebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. De magno eius germano nihil loquor. nõ me latet, quãtos & ille labores ac curas sustineat: sed id præcipuè scio, quum temeritate Phaethontis totus penè orbis conflagrasset, quantum tunc regno suo timuit, quantũ tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum uiribus ignis corrueret, explorauit. Præterco tertium fratrem, moderatorem undarum, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ nõ facilè explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quoque Phaethontea conflagratione ad summum penè usque exitium cum toto regno suo eum affecerũt. PA. De hoc possum, quod oculis meis uidi, afferre testimonium. Vidi equidem tempore illius quam suprà retuli, horrẽdæ apud Siciliam tempestatis, commotum grauiter Neptunũ, & ex alto prospicientem uocasse ad se Eurum & Zephyrũ, & increpatis acriter eis pro tanta suscitata tẽpestate, placasse ocyus

omnia, atq; tranquilla reddidisse. Quod argumentū præstat mihi euidens plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quòd omnia in lætissimo imperio suo paria sint, curarum suarum. CHA. Dic oro Palinure, putasne iam beatam esse tyrannorum uitam? PAL. Minimè. CHA. Optares'ne uiuens eorum sortem? PAL. Vt quid optarem, in quo nihil omnino optandum esse manifestè intelligo? CHA. Ergo certò eos arbitraris miseros? PA. Nō miseros modò, sed omnium etiam miserrimos. CH. Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. PAL. Quid mirum, si cæcus lætetur tenebris, quas postea luci restitutus damnet? CHA. Vis ut & alia eorum mala tibi referam? PAL. Restant item alia? CH. Et alia, & grauiora. PA. Quid audio grauiora? haud unquam istud credam, posse his quæ modò dixisti, grauius aliquid addi. CH. Credes quum audieris. PA. Dic ergo. CH. Vides ut appropinquamus iā ripæ. non possum longiora tecum iam facere uerba. PAL. Rogo te mi Charon, ne fallas auidissimam expectationem meam. CHA. An cæterarum umbrarum quas in littore reliqui, auidissimam etiam expectationem uis ut fallā? PAL. Non diu moraberis, perge, ô mi Charon. CHA. Imò diutius quàm solco, demoratus sum: sed lentius etiā nauigaui propter te, cuius confabulatione delectabar. PAL. Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe nauigationē, ut quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possis. CH. Ea tandi tanta est tibi audiendi cupiditas? PA. Tanta. CHA. Morem tibi gerā: qua in re illud te scire uelim, quòd plurimum i mi seram reddit mortalium uitā instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certū nihil & permanēs in uita quisquā sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summam

mam quantumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio uiolare et auferre potest? Sanè quū omnia apud mortales infirma atq; mutabilia sint, nulla tamè infirmior fors est atque mutabilior, quàm tyrannorum, quorum etiā quo maior sit exaltatio, & sublimata magis status altitudo, magis est proinde, quum mutari eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, ut nemo eorum ferè unquam euaserit, qui non uel regno depulsus, uel ueneno necatus, uel cruenta aliqua & pessima morte cæsus uel peremptus sit. Quis talem eorum uitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea tamq; amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nā ne credas ps tātum mortales subiectos malis esse, sensimus & bonum magnā partè aliquando nos inferi, licet tā ualida nobis & munita sit ciuitas, tam firma & præpotens, atq; omnibus undique præsidijs circumsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit: perfregit fores, inuasit regem, exterruit regnum, quam & antè socij eius rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, uinctumq; cum catena tum magna ui in orbem duxit, cōcussit loca omnia, trepidare omnes umbras atq; ipsos iudices fecit: me quoq; non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumq; graui-ter te mediam paludè exturbauit. Timui equidem tunc desolatum iri barathrum totum. Credidi tūc supremū Plutoni finem aduenisse regni sui: neq; minus illum cum coniuge in prælam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humanius cum eo actum est, quàm opinabar. Nā tādem sibi ac regno suo bene consultum est: neque tamen ita con-

ſulum eſt, quin tricipiti cuſtode ſuo, qui tam perneceſſarius erat, ſpoliaretur. Quòd ſi opinionem meam, quæ communis erat, fata coæquaſſent: tunc cernere fuiſſet, utrũ liberatior uel mens uel Plutonis tanti regis ſtatus eſſet. Ego quidẽ nihil ambigo, priuatus fuiſſem hac naucula: hoc enim habeo tantum quod adimi mihi poſſit. priuatus etiã fuiſſem regẽ meo: ſed quotquot alios uoluiſſem reges, procul dubio inueniſſem, qui miniſterio meo indigentes, ſeruitium meum perlibenter ſibi delegiſſent: & fortaſſe hoc lucri feciſſem, quòd pro uetuſto & attrito, qualem hunc inueris, nouum mihi & magis ſolidum lembum acquiſiſſem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantũ regnum amiſiſſet? quantam in egeſtatem, quantam in calamitatem decidiſſet? Qui neq; par aliud regnum, uti parem ego uel meliorem nauim: neque parem alium famulum, uti parem ego uel meliorem dominum inueniſſet. Excedo iam modum dicendi: ſed ſi tempus ſineret, narrarem & quibus olim curis uexatus, quantoq; timore perculſus propter bella Gigantum fuit ſummus Olympi rector: cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ ſuprà dixi, malorum confirmationem. PA. Haud opus eſt exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit qui maiora quàm ego unquam uiderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporib. Troiano rege maius? quid opibus ſuis cumulatius? quid operibus munitius & pulchrius? & quid demum exitu tantorum bonorum triſtius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit euerſam funditus & incenſam urbem. Vidit latrantem cõiugem, captiuatas nurus & filias, populationem tantarum diuitiarũ: ipſe quoq;, quod ultimũ reſtabat illi

illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus, & crudelissima morte consumptus est. CH. Quis melius me hæc nouit, qui cunctos hac scapha transuexi? A quibus & omnem calamitatẽ suam seriatim perdidici. Notus est abundè mihi Priamus, cuius cognito acerbo casu non potui non dolere. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello periẽrũt Troiani pariter & Graij duces. Nota est infinita quæ tunc occidit populorũ manus. Nullo memini tempore longiorè interfectorũ multitudinẽ huc descendisse, quàm illo quo ita lassatus fui, ut præ multitudine omnibus transuehendis minimè hæc cymba sufficeret planè. Quid opus est tibi monitore ad aperiẽdas eorum miserias, quas tu subiectas oculis tuis habuisti? Quòd si pro angustia tẽporis liceret (iam enim uideo propius nos applicare ripæ) narrarẽ & millia aliorũ tyrannorum, ex quibus crescere etiam magis tibi opinio corũ calamitatis. Nã illud possum, quod certò scio, tibi uerum confirmare, nullum ferè me uidisse inquam tyrannorum huc descendentium (descendunt porrò omnes) qui non uel alicuius ueneni infectionem, uel magnus ulcerum cicatrices, & sanguinolẽtæ alicuius mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est uidere tot ac tanto: necatos, confossos, cruẽtatos, trucidatos. PALIN. Quis nunc se tãtis ui malis tyrannum unquam esse optabit? quis imperia assequi quæret, quæ iam certius certo cognosco magis fugienda esse, quàm Medusæum caput? CHA. Audisti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hic apud inferos grauiora etiã illis parãtur, prhorresceres & longè magis eorum sortem. PAL. Ergo & alia hic tyrannis parantur? CHA. Credis Pali-

nure,

mare, scelera quæ patrant mortales, hic aliquando impunita esse? PAL. *Hoc modò animaduertebam.* CH. *Animaduertendum est igitur tibi, quodcunq; in uita peccatur, pari demum posse morte & respondente peccatis pœna puniri. Nã ut capias quod dico: si tu Palinure artẽ tuam mauicularian uuens malè exercueris, si in dominum tuum mali quicquam uel cogitaueris uel commiseris, si inaudiẽs dicto sæuo exueris, inuenies hic tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas.* PA. *Nihil profectò, Charon, scio quod malè egerim, uel in dominum meum peccauerim, nisi fortè nolentiam illam dormitationem meã, qua negligentius certò quàm debebam, me gessi. Nam magno in periculo nauium simul & dominum quem uebebat meũ reliqui, nisi uigilantior ipse & cautior melius sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in uita recepi.* CHA. *Recipies etiã in morte. Ibis enim quum è naui te dimisero, ad seueros iudices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoq; te in examinationem, scrutabũturq; crimina tua. Videor uerò uidere quæ tibi iudicabunt pœnæ subeiendum.* PALIN. *Quas?* CHA. *Parem peccato tuo tibi pœnam statuit. Nã quum somno peccaueris, æterno etiam te somno dãnabunt.* PA. *Dormiam ergo in æternum?* CHAR. *Ita puto; nisi grauius sit aliud peccatum tibi.* PALIN. *Sic mihi sis habeam iudices, ut nõ sit grauius aliud mihi.* CHA. *Nullam ergo nisi somni pœnam patieris.* PAL. *Non hæc grauis pœna mihi uidetur.* CHA. *Neq; asinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua uirtute præditis uiris grauissima existimatur.* PA. *Quas uerò, dic, pœnas perferẽt tyranni?* CH. *Audis tot clamantis & lamentãtes uocesq; horrificos*

rificos

30015783

vifícos planctus? tantum ſtridorem ferri? tot tractus cate-
narum? PAL. Delectabat me adeò ſermocinatio tua, ut
bis minimè animũ intenderem. Sed quid audio tã triſte atq;
horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ ſuſtinere
non poſſunt? CHAR. Sunt hæc quæ audis, tormenta ty-
rannorum Nam quum illi in uita carcere quẽquam inclu-
ſerint, ſpoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in ſum-
mũ luctum, in ſummam egeſtatem & calamitatẽ deduxerint,
damnati ſunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perfe-
diſ pœnis. Ideo teterrimis quoque carceribus inclu-
ſi, ſpoliati flagellati, rotati, cæſi membratim, ac mille atroci-
ſimis mortibus cruciati, tantos edunt quãtos audis gemi-
tus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque
ululatus. PA. Dic etiam mihi Charon, an hi? pœnis ple-
ctuntur qui magni atq; primary tyrannis aſſiſtunt? CH.
Prorſus eiſdem: nam ſuaſu & cõſilio eorum maximè com-
mittunt tyranni ſcelera ſua. PA. An & in uita illi bea-
ti? CHA. Non ſecus ac tyranni quibus aſſiſtũt: nã eiſdem
quoq; malis ſubiecti ſunt. eadem enim ſunt in eos populorũ
odia, maiora etiam inter ſe, eædem curæ, eadem pericula
& quod miſerabilius eſt, deijciũtur ſæpe à tyrannis ſuis, &
uel carcere uel morte aliquando peſſima afficiuntur. PA.
Tanta eſt ergo, tamq; generalis omniũ calamitas. Vllam ue
rò prorſus eſſe putas hominum ſortem, quæ beata duci poſ-
ſit? CHAR. imò beatos aliquos non nego fuiſſe morta-
les, ſed perraros tamen. PALIN. Quos perraros? CH.
Qui amore uirtutis & literarum contempſerunt cætera
mundi bona: qui ſe innocuos, puros, caſtos, integros, incor-
ruptos conſeruantes, extulerũt animum altius ad guſtandã
diuinam excellentiã, humana quaſi ſordida & abiecta re-
linq ten-

linquentes. Nam uirtus per se tam dulcis tamq; iucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat uoluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, ut summa quadam ubertate ditet possessores suos. quam qui uerè est assecutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum prædulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua uerò mundi, supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora bilo, maniora bila, ieiuniora papis uolantibus, fugit, contemnit, abijcit, conculcat: contentusq; se ipso, ac honestissimis suauissimisq; studijs suis, totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, resocillatur, lætam & iucundam agit uitam, ridet tantas hominũ, tamq; stultas, & ultrò sibi quæstus anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, benevolentia complectuntur, fauore prosequuntur. Quam uerè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur? Quod primũ est, & dulcius omnibus, bonus securusq; sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quasq; nihili facit) diuitias sibi à potentioribus eripi. Non timet à quocunq; se læsi, qui nec quicquam se læsisse certò melligat. Quàm uerè hic felix est, qui cor tantisq; remotus curis & periculis, tantarum uacuus perturbationum, sibi semper alijsq; iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ cælibum communes sunt, perfruatur uoluptatibus: qui humanioribus sanctioribusq; deditus studijs, contemnat omnia, contemnendoq; omnia possideat. Nam ut possidere

fidere omnia uidetur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnensq; ita id assequitur quod desiderat. Desiderio uerò suo frui, ea demum uera & sola beatitudo, beatorūq; omnium plenitudo est. PA. *Hi ergo quū nihil mali egerint, pœnarū etiam nihil patiūtur.* CH. *Nihil prorsus, imò propter transactam bene uitam, meritū magnū assequuntur.* PA. *Quod?* CHA. *Vel cœli fiunt incolæ, communicantq; æternum illis cœlestibus bonis: uel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac deliciarum, ubi sedes fortunatæ, campi aperti, lati, omnium omnino pœnarum expertes.* PAL. *O si mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm magna possem uoce, admonerē de suo quenq; officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationem, tantam curarum uanitatem, tot corruptas opiniones, peruersas; iudicia: sed quàm maximè increpari, qui uel magistratu quopiā magno uel imperio cæteros antecedunt: ostenderem tanta quæ antea ignorabam. sed te docente nunc intelligo, mala eorū grauissima, dictu horribilia: reuocarē omnes à uitijs, ab inferendis iniurijs, ad meliorem uictum, à superflua agendarum rerum cura: incenderem desiderio uirtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cūctos ad bene, grauiter, castigateq; uiuendū, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdā uel umbræ magis similia mūdi bona: inuitarē ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad sperm ac contemplationem diuinæ bonitatis.* CHA. *Et rectè sanè: sed uides nos ripā attigisse. egredere iam.* PA. *Et iā egressus sum. Ad iudices eo. Placi-*

eo. Placidam opto tibi semper nauigationem. Salulue ó Ch
ron, & uale. C H. Et ego ad reliquas umbras redeo. Pla
dos opto tibi semper udices. Salue Palinure, & ualuale.

GILBERTI COGNATI
Annotationes.

a Citeriore hac ripa errantem.) Secus *inferno*rum m amniu*m* ripas eos uagari alibi docuimus, qui sepultura carerent.
b Desolatio Troiæ.) De ipsa Troia atq; eius exc idio anno tauimus quædam in libro de Sacrificijs. c Propter Hele næ raptum.) Helena publica pestis Asiæ & Græciæ, ut cuiu*s* gratia tam atrox & diuturnum bellum cum tanta h*omin*um & rerum impendia pugnatum sit. d Non est tam e magna u*t* existimas Palinure, eorum beatitudo.) Commendat ationem uitæ priuatæ ac mediocris, quæ omnium maxime tuta a est, cùm regum & diuitum uita sit contrà plena miseriarum, n metus, timoris, curarum & insidiarum hic habes, tum apud Eu ripidem in Iphigenia, & in Aulide. Multi enim ex principibus foris ac intrinsecus beati apparent, sed reuera non sunt, imò ò miserius ætatem agunt, quàm etiam infimi quiq;. e Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se, & æqualium parem uitam.) Cicero libro primo Officiorum: Nihil amabilius, nec c upula-tius, quàm morum similitudo bonorũ. in quibus enim eadem studia sunt, eædem uoluntates, in his fit, ut æquè quisque alte-ro delectetur, ac seipso, efficiturq; id, quod Pythagoras ulti-mum in amicitia putauit, ut unus æquè fiat ex pluribus. Hę au-tem necessitudines sunt cõmunes eorum utriq;, quibus uter-que cum altero æquè deuincitur. Idem Cicero in lib. de Amici-tia Lælius: Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, ut beatè ui-xisse uidear, quia cum Scipione uixerim, quo cum mihi consuã-cta cura de rep. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & mili-tia communis, & id in quo est omnis uis amicitiæ, uoluntatum, ac studiorum summa consensio. f Frons hominum. Mone-mur hic, non temerè fidem habendam, nec fronti, nec blandi-loquentiæ. Sæpe enim hæc duo fraudis & insidiarum tegumen-ta, & incircumspectis ac animium credulis grauium malorum causę existunt. g Priuati libertate.) Quamuis innatum sit

omnibus

mnibus hominibus libertatis desiderium, tamen adeò li-
ertas dulcis est, ut olim legati Spartanorum præfecto Per-
arum dederint hoc responsum dignissimum memoratu:
eruus tu quidē esse nosti, libertatē autem nondum exper-
us es, utrum sit dulcis, an non: quæ si tibi experta foret, non
t hastis, sed ut securibus pro ea dimicaremus, nobis suade-
s. Veteres Romani coluerunt deam Libertatem, ut Cico
lib. 2. de Natura deorum scribit, & authore Liuio lib. 24.
mpronius Gracchus pater in Auentino ex mulctaticia pe
unia ædem Libertatis faciendam curauit, dicauitq;. Lucia-
us noster in Encomio Demosthenis, sub finem: Seruitutem
ecipiens abiecta libertate, in qua mori est honestissimum.
dem in Gymnasijs: Quæ in se comprehensim uniuersam ho
inum felicitatem complectatur, nempe libertatem dico.
dē de Mercede conductis: Voluptas quæ ex libertate per-
pitur, multo suauior est. Erasmus noster in ea declametio-
e qua Lucianicæ respondet: Quid tam dulce, quid tam ex-
ptatum, quàm libertas? Plurimùm miseram reddit mor-
alium uitam instabilitas.) De instabilitate rerum humana
um, iterum Lucianus in Icaromenippo, circa initium. Ho
pitalius in epist. ad Franciscum Lotaringum:

Annibal, & Pompeius item, duo lumina, gentis
Quisq; suæ multas bello retulere coronas,
Collatis ausi toties decernere signis:
Victus uterq; fuit documento, quàm nihil usquam
Perpetuum solet in terris fixumq; manere,
Humanis quàm nulla subest constantia rebus.

VIRTVS DEA.

ARGVMENTVM.

Hîc Virtus à Fortuna malè habita deſcribbitur, la
ra & mœrens, & quæ nec ad Iouis aſpectum admitt
retur: quæ profectò uirtutis ſpecies noſtræ ætati co
uenire uidetur, ut etiam hi ferendi ſint, qui peregri
eam habitu effinxere. Ea apud Mercurium querieu
atq; ait: Quum pro me dicere uellet Plato, expulſ
eſt. Ciceroni pro me dicere incipienti, M. Antonio
grauiſsimum colaphum in os intulit; deſtitutor in
ab omnibus amicis, armatorum uim impetumq; ti
meſcentibus. atque ita relicta, pugnis cæſa, calcibusq
ſum conculcata: atque ut uides, à Fortuna dilacerata
Adii Iouem, ut iniurias apud eum exponerem: menſ
toto non ſum admiſſa. rogitanti mihi deos circunte
cauſam dixerũt, Iouem uacare ut tempore cucurbit
floreſcant, aut papilionibus alæ concinnè ſint pict
Rogatq; tãdem Mercurium, ut cauſam ſuſcipiat. nam
ſibi deſpectę nudæq; latitandum eſſe.

Interlocutores.

MERCVRIVS. VIRTVS.



IRTVS *dea per epiſtolas orauit modò*
ut ad ſe irem. Eo, ut perconter quidnam m
uelit, illico ad Iouem rediho. VIR. *Salu*
Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem
tua i

15783

tua in me pietas atque benignitas, efficit ut non penitus despecta ab omni cœtu deorum sim. MER. *Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito, nam edixit, ut confestim ad se redirem, Iupiter.* VIR. *Etiamne tecum nobis non licebit nostras aerumnas exponere? Quos igitur habebo ultores iniuriarum, si non modò apud ipsam maximam Iouem, uerùm & apud te, quem semper in fratris locum habui, colui, obseruaui, condolendi facultas negatur? O me miseram, ad quos confugiam? unde auxilium petam? Ne quidem, cum ita despiciar, malo esse eruncum aliquem, quàm deam.* MER. *Tandem effare, dum prabeo operam.* VIR. *Viden quàm sim nuda & fœda? Hoc ita ut sim, effecit Fortunæ deæ impietas atq; iniuria. At eram sanè ornata apud Elysios campos, inter ueteres illos amicos, Platonem scilicet, Socratem, Demosthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiusmodi uiros doctos, qui me, dum uitam agebant, pissimè atq; religiosissimè coluere. Interea loci cum iam non pauci salutatum ad nos aduolassent, ecce tibi Fortuna dea insolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba consepta atque stipata, properans ad nos, iactabunda: En, inquit, plebeia, tu'ne maioribus dys aduentantibus non ultrò cedis? Doluit iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam: Neq; tu maxima dea his uerbis me plebeiam efficies: neq; si maioribus cedendum est, tibi turpiter cedendum censeo. Illa uerò illico in conuicium sese effert aduersum me. Prætereo hic, quis contumelius in me primùm, dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philosophus cœpit contra eam, nonnulla de deorum*

officijs disputare. Illa excandescens, Apagite hinc uerbosi, inquit Non enim decet seruos deorum causam suscipere. Cœperat & Cicero orator plura uelle suadere. at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens, latera illa sua gladiatoria ostendens, grauissimumq; pugnum in os Ciceronis iniecit. hinc cæteri mei amici perculsi metu, fuga sibi properè consuluere. neq; enim Polycletus periculo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes boroscopo, aut cæteri inermes aduersus audaciss̄imos armatos, eosq; prædis atq; homicidijs suetos, bello ad sese tuendos ualebant. Ergo me infeliciss̄imam, ab ipsis dijs omnibus qui tum aderant, atq; hominibus desertam, pugnis ac calcibus totam confregere, uestes meas diripuere, in lutum prostratam reliquere, demum abiere ouantes. Ego uerò ita confecta, cum primùm licuit, conscendi huc ut Iouem opt. max. his de rebus facerem certiorem. Iam quidem mihi ut intromittar expectanti, mensis elapsus est: dumq; id ut impetrem, omnes deos exeuntes atq; redeuntes precor, nouas semper aliquas excusationes audio. Aut enim deos aiunt uacare ut in tempore cucurbitæ floresc̄ant, aut curare ut papilionibus alæ perpulchrè pictæ adsint. Quid igitur ne uerò aliquid semper habebunt negocij, quo nos exclusas teneant ac floccipendant? Tum etiam & uilicus suscepit curam dudum, ne cucurbitæ siti pereant: nos tamen neq; dijs neq; hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atq; iterum precor obtestorq; Mercuri, qui semper apud deos ipsos interpres extitisti, ut causam hanc meam iustiss̄imam atq; pijss̄imam suscipias. Ad te confugio, te supplex oro. In te omnis mea sita est spes atq; expectatio. Da quæso operam, ne dum à uobis excludor,

dor, ipsis quoq; mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, ubi homunculi me tametsi infirmam deam floccipendant. MER. *Audiui: doleo. uerùm pro uetere nostra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem causam te aduersus Fortunam suscepisse. Nam & Iupiter ipse, ut cæteros omittam deos, cum se ob accepta beneficia nimium Fortunæ debere sentiat, illius uires atq; potentiam ueretur. Ea enim ad cælum usq; ascensum præstitit: atque ubi uelit, ualens sua armatorum manu ejiciet. Quare si sapis, inter plebeios deos ignota, quoad Fortunæ odium extinctum sit, latebis.* VIR. *Æternum latitandum est.*
Ego & nuda & despecta abeo.

FINIS.

EPIGRAMMATA Luciani.

Λουκιανὸς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον.

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιάτε μωρά τε εἰδώς,
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά
Θνητὸν ἐν ἀνθρώποισι διαπρεπὲς ἐστὶ νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Lucianus in suum ipsius librum.

Iacobus Micyllus.

Lucianus scripsi hæc, antiquaq; stultaq; doctus:
Id quoq; enim stultum est, quod tibi ualde sapit.

Nil homini certum est: hæc uoto uiuitur uno:
Sed ridens, eadem, ille probat, ille cluat.

GILBERTI COGNATI
Annotationes.

παλαιὰ.) Non solùm antiqua significat, sed etiam fabulosa, fatua, seria, qualia sunt quæ nimia vetustate obsoleta sunt, quo sensu hic accipitur hæc ἀναξία apud Aristotelem sæpe. Hoc epigramma sic vertit Alciatus:

Stulta quidem in speciem lusi, sapientia quando
Nil humana aliud quàm mera stultitia est.
Haudquaquam est homini certæ perfectio mentis:
Approbet hæc aliquis, rideat hæc alius.

εἰς ἀσώτους τὸ αὐτό.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νέος ὃν θήρωνι μανίπης.
Αἰσχρῶς εἰς ἑταίρας ἐξέχεεν Λαπάνας.
Ἀλλά μιν ὑπλήμων πατρικὸς φίλος εἰς ἐνόησεν
Ἤδη παρφαλίῃ τερόμενον πενίῃ.
Καὶ μιν ἀλιπηρυχέων ἀνελάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε θυγατρὸς ἑῆς, πολλ' ἐπιμειλιάσας.
Αὐτὰρ ἐπὴν θήρωνι τυχὸν ἐλπίδας ἤλυθε πλοῦτος
Αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐτρέφετ' ἐν Λαπάναις.
Γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χάριν ἠκατὲ κόσμου,
Τῇ θ' ὑπὸ τὴν μικρὴν γαστέρα μαργοσύνῃ.
Οὕτω μὲν θήρωνα τὸ λείτερον ἀμφεκάλυψεν
Οἰλομένης πενίης νῆμα παλιρρόθιον.
Εὐπλήμων δ' ἐδίηρε τὸ λείτερον ἂν ἑτέκνου,
Ἀλλὰ θυγατρὸς ἑῆς προῖκα τε καὶ θάλαμον
Ἔγνω δ' ὡς ἂν ἐγὶ κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, ἔφατο, κρεῖσσον ἐν ἀλλοτρίοις.

In Theronem prodigum. Eiusdem.

Luscinius.

Quum iuuenis Theron bona, filius ille Menippi,
Patria inexhausta perderet ingluuie:
Diues opum quidam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia.
Et miserum lachrymis sic consolatur obortis:
Sume animum, dos est en tibi summa gener.
Ille ubi iam præter spem partas, sorte nouata,
Sensit opes, priscum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor est, uentri ut famuletur inerti,
Per phas atq; nephas, sic periisse iuuat.
Hinc inopem rursus socer arguit, omnia retro
Dum fluitare uidet, forteq; lapsa simul.
Iamq; madent genæ, & luctu miser omnia complet,
Nec Theron, sed dos iam dolet, & soboles.
Heu nimium sero didicisse iuuat, aliis non
Esse bonum, quisquis non fuit ipse sibi.

Annotatio.

Dementem esse, qui frugi sibi eum fore autumet, à quo res familiaris per summum dedecus iam olim profusa est. Veluti cum innumeris, tum maximè hoc præsenti exemplo discemus licebit diuitis, qui filiam cum ampliss. dote, perdito iuueni collocauerat. Magno nimirum suo malo discent, quanti periculo perfido fidamus.

Θήρων.) Thero, Menippi filius. *ἰῦς.*) sox. *μαργοσύνῃ.*) uenereæ libidini, quæ gula turpior ac fœdior est. *ναυαγίης πνοιῇσι.*) à naufragiis trãslatum. *ἐσθλόν.*) bonis.

εἰς τὸν ἀνθρώπινον Βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς.
ἡμεῖς δὲ μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

In uitam humanam.

Venatorius.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

Annotationes.

Indicat parum cordatos esse, qui se credant caducis ijs rebus, quæ nobis sensim, nolentibus aliquando eripiuntur, sicut nos tandem mors uicissim illis subducit.

παρέρχεται) cum mortales omnes simus.

εἰς ἀυτάρκειαν.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν πλιάνων.
Εἰ δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
φειδοῖ καὶ διαπαύρῃ μέτρον ἑφημόσατο.

In sufficientiam.

Venatorius.

Vtere diuitijs, ueluti iamiam moriturus:
Ceu sis uicturus, tu quoq; parce tuis.
Ille sapit uerè, qui res perpendit utrasq;:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

Annotationes.

Huius epigrammatis priores duos uersus uertit Auienus, apud quem Menandro adscribitur. Quo docemur, in dispensan-

dis

dis opibus,& mortis certissimæ futuræ, & uitæ in incertũ producendæ habendam esse rationem: ne uidelicet tenacius conseruemus,aliquando post mortem relinquenda: aut inconsulto profundamus,futuris usibus conseruanda. Nam id posterius etiam Paulus prospiciendum admonet 2.Corinth. cap.8. dum ait: Beneficiendum esse alijs,non ut illis sit relaxatio,dantibus autem angustia. Isocrates ad Dominicum: *οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρεσκεύαζεν ἡγεῖτο, ἀλλ' ἀπέλαυε μὲν τῶν παρόντων ὡς θνητός, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθανάτου.* id est,nec immodica diuitiarum cupiditate tenebatur,sed præsentibus fruebatur,ut mortalis:parta uerò conseruabat,ut immortalis. *φείδεο* flexum habet loricum imperatiui in uoce passiua,loco cuius communis lingua habet *φείδου*.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν, πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι.
Τοῖς δὲ κακῶς, μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

Vitus Amerp.

Felici breuis est etiam longissima uita,
Nox ingens miseris temporis una mora est.

Annotationes.

Versiculi apti & uerissimi. Qui uitæ huius delitijs ita fruũtur,ut nulla intercidat calamitas, breuissimè omnium uiuunt. Rursus qui in ærumnis degunt, diutissime, ut uerum sit quod ait ille, O nox quàm longa es, quæ facis una senem. Et comicus senex, quem moræ impatientia plurimum torquebat: Dum moliuntur(inquit)dum comuntur,annus est.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μεροπων γένος, ἀλλ' ἀκολάστοις
Ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐστ' ὁ ἔρως πρόφασις.

Venatorius.

Non amor innodat mentes hominum, sed amorem
Criminis accusant, mens quibus est misera.

Distichon clarum, nihilq; habens difficultatis.

Ἐλεᾶν χάριτες, γλυκερώτερον ἢ μέλι βρύουσιν,
Πᾶσα χάρις πενιχρὴ δὲ λέγεται χάρις.

Ausonius in Epigrammatis expressit.

Luscinius.

Munificus gratare citò, quòd dulcior adsit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

Annotationes.

Erasmus meus in adagio, Bis dat qui cito dat, distichum ipsum facit.

Gratissimum est officium, quod præstatur in tempore. Contrà intempestivum officium plerumque molestum esse solet. Igitur qui gratificari uolet amico, ne differat beneficium. Non enim de nihilo dicitur, Bis dat, qui cito dat. Est enim (autore Seneca) ingratũ beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Plautus: Nihil differt ab inimicitia, intempestiua benevolentia. De cessatoribus amicis extat elegantissimus apologus Æsopi apud Gel. lib. 2. cap. 29.

Φαῦλος ἀνὴρ, πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἅπασαι
Ἀντλῶμεν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

Luscinius.

Rimarum plenus perdit tua dona scelestus:
Si sapis, integro uina recoude cado.

Annotationes.

Tanuit hoc distichon, non aliter perire omne beneficiũ quod in hominem improbum & ingratum confertur, ac si in uas perforatum effunderes. Planum fit ab Erasmo in Proverbio, cribro aquam haurire, & inexplebile dolium.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας.
Οὐ λήσεις δὲ θεὸς ἀλλ' ἀεὶ λογιζόμενος,

Bergius.

Bergius.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœlestes non potes ipse deos.

Annotationes.

Quamlibet tandem homines improbè & scelerate agendo fefellerimus, Deos tamen ne cogitatione quidem fallere possumus.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
Ἀνθρώπου, κεδαρὰν ψευδομένου φιλίην.
Οὐ γὰρ ἐθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλεόνως βλαπτόμεθα.

Obsopœus.

Nil homine invenit natura nocentius illo,
Qualem qui synceram fingit amicitiam.
Non hostis nobis ultrà, sed habetur amicus,
Talis; & hac ista lædimur arte crebrò.

Annotationes.

Fucato amico, & amicitiam simulante, nihil est usquam pestilentius ac nocentius. Alia enim mala priusquam lædant, nonnihil minantur, veluti prognostica illa vulgaria tempestatum. Domus ruituræ, crepitu futuram prænunciant cladem. Canes prius latrato m edunt quàm mordeant. Sagittæ per aera stridentes antequàm feriant. Scorpiones ante ictum lambunt. Serpentes sibilant. Ab aperto inimico caveri potest, at mentiens amicitiam caveri non potest.

ψευδομένου.) simulantis. ἐν τούτῳ.) hoc pacto.

Εἰς μυσάρειον.

Ἀῤῥήτῳ ἐπέῳ γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπιπρέπω.
Κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ κλειόντων φυλακή.

Obsopœus.

Obſopœus.

Fac arcana premat tacitæ cuſtodia linguæ,
Sermonum cuſtos eſt mihi maior opum.

Annotationes.

Linguæ petulantia non parum multis certũ attulit exitium, proinde moderanda eſt, & audienda nobis Minerua apud Sophoclem Vlyſſem ſapienter & ſalubriter admonens. Silendo nemo peccat, loquendo perſæpe. Xenocrates interrogatus, quur ſolus linguam ſuam cohiberet? Quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, taciſſe nunquam. Ab hoc epigrammate non diſcrepat Heſiodi ſententia:

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.
Φαδινῆς πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.
id eſt.
Optimus eſt homini linguæ theſaurus, & ingens
Gratia quæ parcis menſurat ſingula uerbis

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής.
Τἄλλα δ' ἔχει αὐτὴν πλείονα τῶν κτεάνων.
Τόνδε πολυπτέανον, καὶ πλήσιον ἐστὶ δίκαιον
Κλέψαι, ὃς χρῆται τοῖς ἀγχθοῖς λύκεται.
Εἰ δέ τις εὖ ψήφοις καταθύμεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπεγόμενος.
Οὗτος ἐποίχε μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σύμβλοις
Μοχθήσει, ἑτέρων ἀρεψομένων τὸ μέλι.

Sleidanus.

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille
Poſtrema quiſquis parte locabit opes.
Diues erit uerè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quiſquis defraudat, opesq; tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,

Qualis

015783

Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vascula, mox fuco diripiente fauos.

Annotationes.

Animi diuitias ueras esse: & eum recte dici diuitem, qui ue eum diuitiarum usum norit, hoc epigramma innuit.

ἕχει αἰτὴν) uirtutes, præcipuè αὐτάρκειαν & frugalitas. πλείονας τῶν πλεόνων) quæ possessionibus & facultatibus copiosiores potioresq; sunt. ἐν ψήφοις) calculis, rationibus. ὑποῖχ) uelud. ἑτέρων) hæredum, furum plerumq; & eorum qui testamenta subñciant.

Ἀγρὸς ἀχαιμενίδης γενόμην ποτέ, νῦν δὲ μενίππου.
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου, βήσομαι εἰς ἕτερον,
Καὶ γάρ ἐκεῖνος ἔχειν με πόθ' ὤετο, κἠ πάλιν ἄτῳ
Οἰκτίρω δ' ἐμαυτὸν ὅλως ἀθλίως, ἀλλὰ τύχης.

Vrsinus Velius.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo,
Mox alium rursus, mox alium q; sequar.
Vt q; suum hic credit, sic me prius ille putauit:
Sed me, fortunæ sum, quia nullus habet.

Annotationes.

Nulli certam esse ullius rei possessionem, sed omnia esse fortunæ, probat agello quodam Achæmenidis, cuius subinde alius atq; alius erat possessor. Ager, inquit, fui quondam Achæmenidis, nunc me possidet Menippus. Mox hoc relicto, alium quæram dominum. Achæmenides me suum esse putabat, idem credebat & Menippus, proprietatem nemo uendicabit, nam pro fortunæ arbitrio nunc hunc nunc alium sortior dominum.

ὤετο) putabat. ὅλως οὐδένες) Natura quidem nulli patriam esse, nec domum, nec agrum, ostendit Plutarchus in commentario de Exilio.

Mè

Μὴ πταίων, φίλος εἶ βροτοῖς, φίλος εἰ μακάρεσσι,
Καί σευ ῥᾳδίως ἔκλυον εὐξαμένης.
Ἢν πταίσῃς, ὀλίγοι ἔτι σοι φίλοι, ἀλλ' ἅμα πάντες
Ἐχθροί, τύχης τὴ ῥοπὴ συμμεταβαλλόμενοι.

Vitus Amerpach.

Si non delinques, tibi dijs hominesq; fauebunt:
Præstabunt faciles, quæq; precaris eris:
Ast ubi peccaris, cessat fauor, omnia plena
Sunt odij, facta & fors aliena tibi est.

Annotationes.

Felicibus amicos esse inuit & deos & homines: contrà infelicibus, & impingentibus in aliquod infortunium seu damnum, nullos. Hoc enim est πταίειν: labi & impingere in damnum aliquod.

ἔκλυον.) audiunt dij. ἢν πταίσῃς.) Theognis: ἓν μὲν ἔχοντος ἐμοῖ πολλοὶ φίλοι. Ouidius: Si fueris felix. τύχης ῥοπῇ. huc aut illuc inclinantis.

Ἢ βραδύπους βουλὴ μέτ' ἀμείνων, ἢ δὲ τάχεια,
Ἣν μὴ ἐφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει.

Sleidanus.

Sit mora consiliis. Nam si moderamine tractes,
Prosunt: ut stultè præcipitata nocent.

Annotationes.

Meditatum & lentum consilium, celeri & præcipitato in cogitantia esse præstabit: huic hanc comes sequitur pœnitudo.

ἐφελκομένην) ea ratione a tergo sequentem.

Ἐξάρχου μύθοι ἱκανώτατε καὶ δὶς μετ' ἀὼτ. εἰ]
Γράμμασι δεικνύμενα, ζῶδι λέγοντι βροτοῖς.

Volater-

Volaterranus.

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis,
Viuicq; post illas, litera *ſũbi* monet.

Annotationes.

Lucianus hoc diſtichon in Græco Epigrammatum codice ue tuſtiſſimo tribuitur, quod ita Max. Planudes exponit. Ad ſextam, inquit, diei horam operari & laborare decet, poſt hanc ad cibum procedere, quod etiam manifeſtatur per notas & literas horologij. Nam ſi Græcas literas, quæ ſeptimam, octauam, nonam & decimam horam ſignificant, hoc eſt ζ, η, θ, ι. coniungas, uerbum *ſũbi* exprimis, quod uiue ſignificat Latinè. ac ſi dicas, edas ut uiuas, hoc eſt, ut ille ait φάγε ἵνα ζῷ ἔχῃς. Vel ideo uos inuit, ad ſextam uſq; horam laborandum, quæ & proptereà melior diei pars eſſe uidetur. Vnde & Paulus Iureconſultus lib. 1. ad edictum ſcribit, cuiuſq; diei maior pars horarum eſt ſeptem, primarum diei non ſupremarum, quæ uerba habentur in Pandectis, titulo de uerborum & rerum ſignificatione. Iux ta hanc ſententiam & quidam Virgilianũ illud eſſe exiſtimant: Nunc adeò melior quoniam pars acta diei eſt. Martialis de his uulgaribus horis loquens, prima diei parte, quæ melior à Virgilio dicitur, ſolitos Romanos ſerijs rebus uacare oſtendit. Sexta, inquit, quies laſſis, ſeptima finis erit.

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν, καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσὶ σῦ τρῶγε, καὶ τρίχε τῷ στόματι.

Luſcinius.

Dum pedibus piger es, curſu ſuperabere: ſi non
Bucca notax tibi iam curtat, edantiq; pedes.

Annotationes.

Curſorem cito comedentem, & tarde curretem hortatur, ut deinceps pedibus edat, & ore curtat, ut in Olympico certamine victor eſſe poſſit.

εἰς ἀδύνατον.

Εἰς τί μάτην νίπτεις Αἰθιοπα, ἀθλιέ, ἰσχιο τέχνης,
Οὐ δύνασαι λευκὴν νίπτε μαθυλλέσαι.

Sleidanus.

Aethiopem quid ſtulte lauas? Nam ſplendida nunquã
Nox fuerit, lumen ſole negante ſuum.

Annotationes.

In fruſtra laborantem, & impoſsibilia aggredientem. Quicquid enim natiuum, id haud facilè mutatur. Cæterum μαθυλλέσαι, propriè ſignificat, ſole illuſtrare.

εἰς δυσώδεις.

Οὔτε χίμαιραν τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἡ καθ' Ὅμηρον,
Οὐκ ἀγέλην ταύρων, ὡς ὁ λόγος πυρίπνους,
Οὐ λῆμνος σύμπασ' ἦχ ἁρπυιῶν τὰ περίσσ',
Οὐδ' ὁ φιλοκτήτης ὡς ἀπεσηπόμενος,
Ὥστέ σε παμψήφει νικᾶν τηλέσιλλα χιμαίρας,
Σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνια, λημνιάδας.

Baptiſta Pius.

Mæonides non tale malum ſpiraſſe chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos:
Non omnem Lemnon, uolucrum excrementa ſororũ,
Aut Philoctetæ uulnera dira pedis.
Quare indicio populi Teleſilla chimæram
Vince, boues, ſanies, Lemniadas uolucres.

Annotationes.

Nec chimæram Homericã, nec tauros igniuomos (de quibus Apollon. in 3. Argonaut.) nec totam Lemnum, nec Harpyas, nec putridum pedem Philoctetæ ita malè olere dicit, ac Teleſillam.

Aſſam. De Chimæra uide Homerum Iliad. ζ. & η.

ὐ λήμνος σύμπασα) non Lemniarum oris factor. οὐχ ἁρπυῖαι τὰ ψιτία) Palephatus in Phineo, Harpyiæ in Phinei menſam inuolantes, cibos partim corripiebant, partim cum ingluuiem ſagina eſſent, fœda contrectatione inquinabant, uirulento oſq; afflatu polluebant. ψαμψύφει) id eſt, omnium calculis, uel iudicio.

Πολλὰ τὸ λαιμώνιον λύνασται, κἄμ ἢ πικρὸς λέξαι:
Τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους πατάγει.
Καὶ σὲ τὴν ὀφρὺν, καὶ τὸν τῦφον πατάξαι σει,
Κἂν ποταμὸς χρυσᾶ ῥεύματά σοι παρέχῃ.
Οὐ θρύον, ἢ μαλάχην ἄνεμος ποτὲ, τοὺς δὲ μεγίστας
ἢ δρῦς, ἢ πλατάνους, οἶδε χαμαὶ πατάξαι.

Io. Sleidanus.

Multa poteſt Fortuna, uel inſperata, potentes
Deiicit, ac tenues ſubuehit illa uiros.
Illa ſupercilium tibi protinus auferet, & ſi
Aurifero madeat flumine tota domus.
Ventus enim malua, limoſaq; abſtinet ulua,
Sed ueteres ornos exagitare ſolet.

Annotationes.

Hoc epigrammate perquàm uenuſto, minatur ſuperbis & arrogantibus, ne fortunæ ſtudio inflentur, ne, quod plerunq; uſuuenire ſolet, in altum ſublati, ab eadem grauiore caſu delapſi præcipitentur. Multa, inquit, fortuna poteſt, tametſi ſint inuſitata & inaudita. Paruos ſurſum ducit, magnos autem deorſum trahit. Etiam tuum ſupercilium & faſtum ſedabit, id eſt, compeſcet, etſi fluuius auri fluenta tibi exhibeat non iuncum, non malluam unquam, maximas autem aut quercus, aut platanos nouit in terram proſternere.

εἰς Βρίφα.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀπηνέϊ θυμὸν ἔχοντες
Νηλεὴς ἅιδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίειν. καὶ γὰρ βίοτοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

Vrs. Velius.

Quinquennem rapuit puerum immiserabilis Orcus,
Curarum uacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue. nam paucus, ut breuis, annos
Vixi, sic uitæ pauca sinistra tuli.

Annotationes.

Vitam humanam plenam esse lachrymis & calamitatibus, quotidianis experimentis uerum esse discimus. Bene igitur actum uideri cum his, qui præmaturo in iuuenta subducuntur foco. Nulla enim gustauerunt uitæ incommoda.

ἀπὸ ναυάγων.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ προτόλῳ, καὶ Σαμοθρῃξὶ θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουίλλιος, ἅδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κυφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Vrs. Velius.

Glauce, tibi & Nereo, Inoq; tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonsus,
Nil aliud quam sit, dedico cæsariem.

Annotationes.

καὶ βυθίῳ: Neptuno Saturni filio maris deo. καὶ Σαμοθρῃξὶ θεοῖς: Cabiris. Horum meminit Herodotus in Euterp. Varro lib. de Lingua latina 4. Pausanias in Bœoticis.

ἀπὸ

ἐπὶ γυναικῶν.

Ἑλλάς ποτ' ἔσχεν ὑπέρβιον ἐσπίδος μίδλων,
Λαΐς θέλουσ' ἐῶ κάλλει, λπιδίνῳ.
Μάνω ἐφικέσθαι ὑπὸ χάρᾳ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἀνθεκτόν σοι πάφιν, τὸν νεότητι φίλον.
Ἦς γὰρ ἰδεῖν φυγέειν πολιὴς κατακλιθέα μορφὴν,
Τῆς δὲ συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

Ad huius imitationem confinxit latinum tetraſtichon Auſonius.

Laïs anus Veneri ſpeculam dico, dignum habeat ſe
Aeterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus: quia cernere talem
Qualis fuam, nolo: qualis eram, nequeo.

ἐσπίδος μίδλων) apud Salaminam inſulam, & Plateas Boeotiæ urbem. λπιδίνῳ) In præedam. καὶ σκιόεντα τύπον) imaginem.

εἰς ἄγαλμα ἀφροδίτης, τῇ φὼ κυίδῳ.
Τὴν Πάφιην γυμνὴν ἰδεῖς ἰδεῖν, ἃ δὲ τις εἶδεν,
Οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν φησάμενος Πάφιην.

Cornarius.

Nemo unquam Venerem uidit: ſi quis tamen unquã
Vidit, erit nudam hic qui Venerem ſtatuit.

εἰς τὸ αὐτὸ.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς περικαλλὲς ἄγαλμα
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον ἄλλο ἔχων.

Cornarius.

Ipſe decus formæ poſui tibi pulchra Dione,
Hac cum nil ſola gratius ipſe habeam.

εἰς ἄγαλμα ἠχοῦς πρὸς Πᾶνος.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὀρῶν φίλε, Πανὸς ἑταίρη,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἐμπαλιν ἀσομένη.
Παντοίων προμάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα πλέων ἔπιθι.

Contrarium.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibus q; sonis omnia quæ recino.
Oris imago loquacis cuiusuis, agricolis sum
Deliciæ, audis quæ tu loqueris abiens.

εἰς ἀγωνίσας.

Οἱ συναγωνιστὰι τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Ἄπιν, βοδίνας γὰρ πάντ' ἐτραυμάτισεν.

De Apide Pygmacho, qui neminem aduersariorum unquam uulnerauit.

ἔθηκαν) statuam posuerunt. βοδίνας.) Imbellem Apim mordet.

εἰς τὸ αὐτό.

Πᾶσαν ὅσην ἕλληνες ἀγωνοθέτησιν ἄεθλαν
Πυγμῆς, ἀνδρείως πᾶσαν ἀγωνισάμην.
Εἶχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἐν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς,
Ἓν βλέφαρον, πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐνφέρομαι.
Δηκοτέλης δ' ὁ πατήρ ἐμορύασετο σὺν πελίτοις,
Ἀρχαίμ' ἐν παλίῳ ἤνεγκεν, ἢ πολοβόν.

Androleus de se loquitur. Omne certamen, inquit, quod celebrant Græci constituunt pugillatus, ego Androleos decertaui. Retinui in Pisa unam auriculam. In Plateis autem (quæ est ciuitas Bœotiæ, ubi sunt sepulchra & trophea uirorum fortiū, qui Græciam liberauerunt) unum supercilium. A Pythico autem, scilicet certamine, ἄπνοος, exanimis efferebar. Dameteles itaq; pa-

ter cum

ser cum eiulbus armauit, id est, instruxit se, ut me tollat è stadio, aut mortuũ, aut mutilum. ἔσχον) vix retinui. ἐν πίσῃ) Olympiæ. ἐκρίνετο) ad hoc.

εἰς γραμματικόν.

Ἵλαθι γραμματικὴ φυσίζωε, ἵλαθι μῦσα,
Φάρμακον εὑρομένη μῆνιν ἄειδε θεά.
Ἐχρῆν καὶ σὲ πίρινναλέα λωμήσασθαι,
Καὶ βωμὲν θυέων μήποτε λευόμενον.
Καὶ γὰρ σῦ μεγάλ' μὲν ὀλοὶ μεγὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμήνες πάντων λίητρια γραμματικὴ.

Annotationes.

Hic precatur Grammaticam, ut ei sit propitia, dignamq; pe ear cui templum condatur, & ara, &c. φυσίζωε) uictui hodie omnibus necessaria suppeditans. φάρμακον) inopiæ. μῆνιν ἄειδε θεά) Homeri prælectionem. θυέων) sacrificiorum. καὶ γὰρ σῦ μεγάλ') Allusit his uerbis ad illud quod est in principio Arati de Ioue, μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα καὶ λιμένες. Quod imitatus Vergilius dixit: Iouis omnia plena.

Porrò in ultimo carmine pro λίητρια dicax, melius legitur δίπτρια suscepturix. Sic enim in uetustis legitur exemplaribus.

εἰς δυσώδη.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ἐξόρκιστὴς ἐξορκιστὴς,
Ἐξέβαλ' ὀχ ὄρκων, ἀλλὰ πόρων δυνάμει.

δαίμονα) De quodam exorcista, os fœtidum habente, quæ dæmonem eiecit, non coniurationibus, sed oris fœtidi purulentia, quũ sine fine multa garriret. ἐξόρομος) os fœtidũ habens.

εἰς τύχην.

Θεῶν μὲν ἐκτὸς, ἀλλὰ συντυχεῖ βροτὸς.

εἰς λεπτὸς.

Τὴν μικρὴν παίζουσαν ἐρώτιον, ἅρπασε πόντῳ,
Ἡ δὲ, τί φησιμολῶ ζεῦ πάτερ, ἐμὲ ἐθέλεις.

Τῷ πατρὶ θυμωθεὶς διονύσιε μέρμηρ ὁ μικρὸς,
Πυρρῶν φύσας, αὐτὸν ἀπηγχόνισε.

Ἐν παλαίμῃ πύξας ἀδίκως φρατόνικος ὁ λεπτὸς,
Καὶ τριχὸς ἐκβιάσας αὐτὸν, ἀπηγχόνισε.
Καὶ τί γὰρ ἐχὶ κάτω βρῖσεν βαρὺς, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν
Νικομίας ἔσκε, νικὸς ἄνω πέτεται.

Γάϊος ἐκπνεύσας τὸ πανύστατον ἔχθες ὁ λεπτὸς,
Εἰς τὴν ἐκκομιδὴν ἀλλὰ σφῶιν ὅλως.
Καὶ πέρας εἰς ἅιδην καταβὰς ἰὸς πρὸ ὅτ' ἔβη,
Τῶν ὑπὸ γῆν σκιερῶν λεπτότερος πέτεται.
Τὴν δὲ πανὴν πλόκαμον οἱ φρατέρες ἤραν ἐπ' ὤμων,
ἐγγράψαντες ἄνω Γάϊος ἐνφέρεται.

Τῶν ἐπιμήκεων ἀτόμων ποτε μέρμηρος ὁ μικρὸς,
Τῇ κεφαλῇ τρήσας, εἰς τὸ μέσον ἔβαν.

Εἰς σέλπιγγ' ἐνέπνευσεν ὅσον βραχὺ μέρμηρος ὁ λεπτὸς
Καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς εὐθὺς ἀπῆλθε κάτω.

ἔρως ἁρπασθεὶς λαμπαδῶ.

Κύπρις τὸν ἔρωτα τὸν υἱέα μικρὸν ἐβάπτει,
Εἰ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἴδεν Ἔρωτα,
Ἁρπασθεὶς ἡμῖν ἐστιν. ὁ μανυτὰς, χέρας ἐξῶ

Μισθός

Μισθὸς τοι τὸ φίλαμα τὸ κύπριδος. ἢν δὲ ἀγάπης νίψ,
Οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα τοι δῶ ξένε, καὶ πλέον ἐξεῖς.
Ἔστι δ' ὁ παῖς πρίσαμος ἐν εἰκόσι πᾶσι μάθοις νίν.
χρῶτα μὲν ὐ λευκὸς, πυρὶ δ' ἔικελος. ὄμματα δ' αὐτῷ
Δριμύλα, καὶ φλογόεντα, κακαὶ φρένες, ἀλλὰ λάλημα.
Οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται. ἀς μέλι φωνᾷ.
Ἢν μὲ χολῶ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἀπερεπευτάς.
Οὐδέπω ἀλαθεύων. δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει.
Εὐπλώκαμον τὸ πάρεγον, ἐχεδὸν ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.
Μικκύλα μὲν τίνω τὰ χειρίδια, μακρὰ δὲ βάλλει,
Βάλλει κ' εἰς ἀχέροντα, καὶ εἰς ἀΐδεω βασιλῆα.
Γυμνὸς μὲν τόγε σῶμα, νόος δὲ οἱ ἐμπεπύκασται
Καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ
Ἀνέρι, καὶ δὴ γυναικὶ, καὶ ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ πέπηται.
Τόξον ἔχει μαλακὸν, ὑπὲρ τόξῳ δὲ βέλεμνον.
Τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς ἀϊδίην δ' ἀχρὶ φορεῖται,
Καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον. ἐνδοθι δ' ἐντὶ
Τοὶ πικροὶ πέλεμοι, τοῖς πολλάκι μ' ἐμὲ τιτρώσκει.
Πέντε μὲν ἄγρια, πάντα. πολὺ πλεῖον δ' οἱ αὐτῷ
Βωμὸ λαμπὰς ἐοῦσα, τὸν ἄλιον αὐτὸν ἀναίθει.
Ἢν τόγ' ἕλῃς τῦνον, λαμέσας ἄγε μή σ' ἐλεήσῃς
Κἢν ποτ' ἰδῇς πλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
Κἢν γελάῃ, τύνιν ἕλκει. καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλῆσαι,
Φεῦγε κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.
Ἢν δὲ λέγῃ λάβε ταῦτα, χαρίζομαί σοι τάδε μοι ὅπλα,
Μή τι δίγῃς πλάνα δῶρα, τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

Amor fugitiuus Luciani:
incerto Interprete.

Perdiderat natum genitrix Citherea uagantem,
Anxia sollicito quem dum per compita passu
Quærit,ab excelso tales canit aggere uoces:
Errabunda meus uestigia fortè Cupido
Quæ fugiens tulerit,quisquis monstrarit aperto
Indicio,huic merces Veneris libanda ferentur
Oscula:captiuum si quisquam adduxerit,illi
Mox aliquid gaudens ultra dabit oscula mater.
Quò reperire queas puerum,bis dena dabuntur
Signa tibi,cautus memori quæ mente recondes.
Huic non candor inest;rubor igneus inficit omne
Corpus,& ardescunt acri contenta nitore
Lumina,nec dulces sequitur mens subdola uoces.
Quippe Hyblea sonus uincit dulcedine mella.
Sed malè fallaci respondent pectore sensus.
Feruidus accensa si quando exæstuat ira,
Iodomitos animos gerit, immansuetaq; corda
Seducit uerbis,nec uera fatebitur unquam.
Est puer ille quidem,magno sed prouidus æstu:
Ludit & interdum,sed ludens seria tentat.
Dependent humeris crispi certo ordine crines,
Nec pudor audaci,nec inest reuerentia uultu.
Sunt illi parueq; manus,paruiq; lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit:ima ferum telo sub tartara Ditem
Perculit,& regem manes sensere subactum,

Candida

Candida cum stygio rapta est Proserpina curru.
Corpora nuda gerit, nullo uelamine tectus:
Verùm animus uario prudens ornatur amictu.
Præterea aligero suspendens membra uolatu,
Hinc Nymphas petit, inde uiros, ultroq; receptus,
Visceribus sedem sibi ponit, & ossibus imis.
Est breuis huic arcus, sed quo fatalis arundo
Vsq; sub astra suum seruat propulsa tenorem.
Aurea tam cernes humero pendere pharetram,
Pestiferosq; intus calamos, quibus impius ille
Ipsi sæpe mihi lethalia uulnera fecit.
Omnia sæua quidem, sed cunctis sæuus illud:
Dextera facem uibrat, miseraq; inuecta medullas
Pascitur; hæc ipsum solem succenderet æstu.
Hunc si nexilibus poteris constringere nodis,
Duc arctè uinctum, neu tu miserare precantis:
Quamuis aspicias manantia lumina fletu,
Decipiare cave: nec si ridentia cernas
Ora, graui iubeas laxari uincula nexu.
Quòd si te blandis inuitet ad oscula uerbis,
Effuge: nam labris certum est habitare uenenum.
Si uerò facili promittet uulnera uultu,
Telaq;, Gnosiacosq; arcus, pictamq; pharetram,
Noxia dona time: quicquid tetigere, perurunt.

Annotationes.

Angelus Politianus elegantissimè transtulit hoc longè elegantissimum carmen, quod Moscho bucolicorum scriptori tribuit. ἀφαντίδας) Doricè, pro ἀφαντίδης, id est, fugitiuus, sicut μανυτὰς pro μηνυτὴς, index: unde sunt μήνυ-

τρα, & μάνυτρα, præmia quæ dantur indici, seu delatori. ὁ μαντυτὰς) index. νὶν) ipsum. οὐ γυμνὸν) id est, non solum. δῶ) id est, dedero. καὶ πλέον) concubitum. περίσσιμος) περίσσημος, insignis. εἰκόσι) Obsopœus legit ἐν ἕνοφι, inter viginti. at sit sensus, posito numero pro numero, non difficulter eum noscere poteris, etiam inter multos. Risu omnibus signis. χολῷ) χολᾷ. ἐμπεπύκασθαι) Strictè densata est id est, mens ei sapit, & prudens est. ἐπὶ σπλάγχνοις) hominum. ἐντὶ) pro εἰσὶ Doricè, id est sunt. τὸν ἄλιον) Apollinem, qui Branchi & Daphnes pulchritudine ait. Verùm animus.) molitie deliciis inuolutus, ac effœminatus exanthratus. Duc arctè vinctum) coherce eum, ne sibi dominetur. Gracilis.) arctius vincula adstringito.

FINIS.

0015783

RERVM ET VERBO-
RVM IN PRIMO LVCIANI
operum Tomo præcipuè memorabilium
INDEX.

Bauchæ cum Gyndane amicitia 648
abdicandi ius 475.491
abdicationis cauſæ duplices 464
abdicatum ſemel, an denuò abdicare liceat 475
aboui murus 516
abydos 281
academici accuſati 682.694
acheloi flu. coniunx & liberi 842
acheron fl. 778
achillis & Patrocli amicitia 594
achillis cultus in Aſtypalea inſ. 203
aciem deſerere, prouerbium 321.348
per Acimacem iuramentum 620.653
adamantis uis, adamantinum 570.842
admetus pro uxore mortuus 779
adoleſcentia flexilis 17
adraſtia Nemeſis 358.370
adulatio, uoluntaria ſeruitus 57.361
adulatorum pernicies 59 73 106.122
in Adulterio deprehẽſum uel deprehenſam impunè occidere olim licuit 463.448
adulteri gladio puniti 463
adyrmachus 628.639. 638.640.642
æacus, & cur inferorum iudex 281.778.763.765
ægialea 571. ægialeus ibid.
ægina inſ. 700
æginetæ ibid.
ægis Minervæ, & Iouis 183. 197.200
ægyptus 281. regio ab Aegypto rege 137
ægyſthus adulter 199
æmulatio ex artificii ſimilitudine

dine 839
æqui boniq; ratio quando habenda 410
æschines tympanistrix F. 11
æschylus 867.902
æsculapios bis natus 522. fulmine ictus 190
æsculapii officina 688. templum 24
ætatum hominis successio 140.145
affectus mouere prohibitum apud Areopagitas 758
agathocles Samius 587.677. 882
alani 637
alcedones aues 149
alcestis ab inferis reuocata 779.764
alcmenæ cum Ioue congressus 24
alcyones 149
alcyonii dies 142.149
alexandria Aegypti 281
alexander Thessalus 676
alexander Magnus, eiusq; res gestæ 268. 279. 280.283. 275.726.842. mors 280. sepultura 276
alexandri matris Olympiadis fabula de monstroso conceptu 514.569
alexander nullius Dei F. 275
alexandri mors 566
amalthex caprx fabula 347
amastris urbs 535
amazonum bellum cum Athenienſibus 760
ambrosia deorum cibus 692
amicitiarum exempla 587
in Amicitiam non plures admittendi quàm tres 620
amici simulati 124
ammonius Iupiter 279
amor sui cæcus 830.842
amoris remedia 196
amorẽ omnia domare 214
amphiaraus Thebanus 527
amphilochus uates 538
anaxagoras fulmine ictus 95
animæ immortalitas 257.259
amiceris philosophus 874
per Anserẽ iuramentũ 666
antia 833.843
antigone 349
antilochus uates 527
antiope mœrore mortua 760
antipatri regis cum Demosthe. ne col-

ne colloquium 879
antiphilus calumniator Apel lis 813.838
anubis templum 688
